

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0038

LOG Titel: Quae Vulturibus in genere conveniunt. Cap. I.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

VLYSSIS ALDROVANDI
PHILOSOPHI, ET MEDICI
BONONIENSIS
ORNITHOLOGICÆ
Liber Tertius.

Qui est
DE VULTVRIBVS IN GENERE.



Quæ Vulturibus in genere conueniunt.

Cap. I.



RINCIPEM certè inter volucres locum, quem citra vllam controuerſiam meretur, abſque vlla hæſitatione Aquilæ dedimus. Verùm animi nobis pendētibz, quæ potiſſimùm ales ei ſuccederet, Vultur occurrit, qui multis de cauſis ac ſuo quodam iure hūc ſecundum locum ſibi vindicat. Si enim rapacium dignitatē corporis mole metiendam, quod quidam faciunt, putauerimus, ſanè hoc nomine vel Aquilæ antepoſendus erit. Nam vel ſeſquialtera pro-

Cur Aquilis annectatur Vultur.

portionē nonnunquam Aquilas excedit, ac rapaces omnes vincit corpulentia. Qua ſola ratione moroſoſiſſimus Bellonius, ſuam, quam de rapacibus ſcripſit, hiſtoriam à Vulturibus exorſus eſt, hiſque Aquilas ſubiūxit. At verò, ſi indolis rationem habemus; ſi natalium claritati ali-

Lib. 2. de Avib. c. 1.

quid concedamus, nō temerè forſam, & hoc ipſo profeſſo iure, ſi non priores Vultures, neque pares Aquilis, ſaltem hiſ ordine proximò eſſe concedemus. Etenim ſi Plinio credimus, Vultures Aquilarum progenies ſunt, licet adulterinæ: *Haliæti enim, ſobolem Offeſſagam facit, & ex ea Vultures minores; ex hiſ deniq; maiores qui non generent præcreari.* Sed & Gypææos inter Aquilas numeratus & natura & nomine ad Vulturem proximè accedit, quare & Subaquila &

Lib. 10. c. 3.

Aquila Vulturina dictus eſt, & multò lōgiùs à Germanæ Aquilæ natura ac indole abeſt, quàm iſ Vultur, quem aureum dicunt, vti ſuo loco latius declarabimus, & iam antè in Aquile hiſtoria ſcripſimus: Hic enim tanta ſimilitudo ac cognatio cum vera Aquila intercedit, vt hæcenus neminem legerim, qui ex ætate vtriuſq; diſtinctionē ſtato aliquo & rei natura petito ſigno adſignare potuerit, præſertim verò quod ad corporis habitum attinet. Quod non eò dicimus, vt ſpecies cōfundamus, ſed vt non iniuria Vulturem primum ab Aquila locum obtinere demonſtrems. Et ſi quæ confuſio ſubeſt, vti ſanè eſſe inſicias ire nequimus, ea non à nobis, ſed ab Ali- tibus ipſis oritur, quæ forſè etiam ipſæ ob mutuam ſimilitudinem deceptæ, promiſcuo inter ſe & ſine differentia permilcentur. Vnde mediæ cuiuſdam naturæ, ac inter vtraque ambiguz Aues oriri non ambigendum eſt. Quin etiam procul dubiò Vultures vulgò dicti habituz reſperiuntur, qui propius ad Aquilæ naturam eant, quàm veri Vulturis. Si tamen reperiri veros, ac genuinos Vultures, & tota ſpecie à reliquis volucribz diuerſos negauerimus, & rei veritati, & menti ac inſtituto noſtro alienum quippiam ac repugnans aſſeremus. Qua quidem diſtinctione ſanctamenti loco poſita, quam alibi latius probabimus, plurimas ſuo loco authorum, qui contraria de hac alite tradere videntur, controuerſias, tã verè, quàm appoſitè compone mus. Aliud præterea priuilegium eſt, quod non parum ad dignitatē eiuſ oſtendendam facit, & Vulturi cum Aquila commune eſt, diuinitatis nimirum cuiuſdam credi participem. Quemadmodum enim Aquila ob altiſſimum volatum & viſum acutiſſimum diuina hominibus perhibetur, vt Ariſtoteles teſtatur, ita & Vultur ob admirandas quafdam, ac particulares dotes diuini quip-

piam

*Quo bellū
præfagiat.*

*Cur Ifidi &
Iunoni fa-
ser.*

L. 10. c. 22.

*In Hexa.
diuin. offic.
Homil. 8.
Vulture n-
cur Roma-
ni magni se
ceint.*

*In Onocri-
stis.*

piam habere existimatus est. Tradunt futuri prælij euentus præfagam Auem exercitus sequi, & diduot induovē ante volare eō, ubi sunt futura cadavera, certamq; exercitui cladem præpū-
ciure, ad quem sese conuenerit. Vnde Marti sacros censuerunt Vultures superstitiosi veteres,
vt scribit Phurnutus. Aegyptij verò Iunoni vel potius Ifidi eos consecrabant, atque eorum pen-
nis Ifidis caput teste Aelianō, & vestibulorum fastigia ornabant. Quinetiam Iunonem & Pal-
ladem huius aues imagine significabant, nempe ob insignem fecunditatem. Nam fæminæ sine
maris ope copulauē non subuentanea, sed ad sobolem propagandam idonea oua edunt, ipsiq;
parentis vtriusque loco sunt, quemadmodum tellus, quam Iuno occupat, vberē prouentu ac
pleno sinu plantas & animalia ex se fundit. Cælum verò, quod Minerva tenet, plantas, Solem,
Lunam, cæterasq; stellas tanquam fecunda non erosi partus mater producit. Quam rem mi-
nimè lue virginēi puerperij confirmandi argumentum D. Basilus adfert. Illud etiam quanto
in honore apud Romanos fuerint olim Vultures, vel maximè declarat, quòd, vt Plutarchus tra-
dit, ipsi ad auguria maximè vti solebant veteres, atque quòd prærogatiua quadam inter cæte-
ras præpæces ex- cellerent. Semper enim eorū aspectum aliquid significare pro certo habebant.
Easq; Aues omnium carnivorarum iustissimas ac innocentissimas existimabant, quippe quæ
neque sui generis, neque alia vlla animantia viua sedant, neque fruges, aut quicquam eorum,
quæ homini vsui sunt, consumant, & cum maximè possint, & vasto corpore & robore insigni,
nemini tamen noceant. Pictatis nomine vel maximè Aegyptijs alijsq; gentibus Vultur com-
mendatus fuit, vt qui totum terræ annum in sobole procreanda, & educanda occupatus sit,
omnemq; curam ac sollicitudinem alendis pullis adhibeat, toto educationis tēpore penè nun-
quam auolans aut eos deserens. Imò si Oro credimus, deficiente fortè pullis alimonia, femur
vulnerat, & proprio sanguine, etiam cum suo periculo mauult pascere, quam vel tantillum, quo
victum querere possit, relictam prolem sine custode periclitari. Deniq; tantā in veneratione
apud Italosolim habitoscribit Artemidorus, vt veteri lege apud eos sancitum fuerit, ne quis-
piam eam, vt Auem innoxiam, necare auderet, quin & tales & insidiatōres & ἀσίστη, id est, im-
pios, esse, illi homines opinabantur.

Æ Q V I V O C A.

*Vultur æ-
strum.*

Vuega.

*Vultur ca-
dens.*

In omni.

*Sphære Pro-
eli.*

Exerc. 103.

cap. 4.

*Vultur Quæ
drupes*

Vilfrasis.

*Rosoma-
cha.*

Ieriff.

Lib. 18.

Sept. c. 5.

Gulo.

VLTVRIS nomine, qui Græcis γούϕ est, præter alia significata sidus quoddam celeste
Aitrologis venit, in ipsa lyæ ethiæ collocatum, inter stellas primi nominis. Ptolome-
mei Regis æuo in Sagittario sedē habere, gradu decimo septimo, minuto vigesimo:
nostra verò tempestate in Capricorno gradu septimo obseruatum est. Id ad Veneris & Mer-
curij naturam accedit. Arabibus Vuega; Latinis Vultur cadens dicitur. Cui propter corporis mo-
lem & luminis excellentiā maior debetur afflatus. Quare quæ de lyæ imagine Firmicus scribit,
huic stellæ tanquā antesignanæ attribuēda cōcludit Ioānes Stobæus. Est præterea vna Beibe-
niarū stellarum, quasi cor ipsius lyæ, dans dona grandia (si credere fas est) quæ modū excedūt.
Vultur Iulio Scalgiro non illepidio, sed ad rem apposito vocabulo nuncupatur quoddam
animal è quadrupedum genere voracissimum, Germanis ea de causa Vilfrasis, hoc est, de ver-
bo (vt aiunt) ad verbum appellatum multuorum: quo nomine etiam edonem quempiam, hel-
luonem, & ciborum voraginē appellare solent. A Sclauis petito nomine Rosomacha vocatur.
Suedi Ieriff indigitant. Hoc planè illud esse existimo, quod Olaus Magnus ob eandem causam
Gulionem vocat, quæ vox Germanicam exprimit. Describit verò id animal alibi hisce verbis:

*Saturum ex epulis surgere, belluina quàm sit
Res vero hominū, digna famelica irremē
Incredibili illius Rosomacha monstra.
Est hoc animal Sarmaticis idæ gignonum:
Fæcis facie, ornatus expetita pelle,
Hæc bestia nidore proci cadaverum acti
(Hinc Vulturē ego quadrupedem vocare iueni):
Ille cæci ubi in salubris est prandia nacti:
Se in faucibus eius delictis magis agnoscit,
Adco, atque adeo, vix penè visis viscera senta
Rumpantur. ibi caput arbores propinquas:
Turgenia quæ pondera disstringat omnia:
Atque redeas ad reliquias venire leuatis.*

Crocotam quoque fortè, aut Hyenam non male quis cum hoc animali eisdem esse putet. Nos loco, ait Scaliger, Vulturem quadrupedem consuevimus appellare; cadauera namq; miro cerro; odore sectatur infatigabilis.

Vulture teste Acrone in illum locum Horatii:

Me fabulosa Vulture in Appulo,

fluuij nomen est in Apulia, qui per Venasum, mediamq; Campaniam labitur, auctore Strabone; Dicitur & Vulturinus. Meminit eiusdem Lucanus his verbis;

— *Et arua*

Vulturis, & calidi lucet buxeta Marini.

Significare tamen Vulturem eius regionis montem quidam annotarunt.

Accipitur etiam pro certo tali latere, at iactus infelicitis, vt ex Plauto manifestum est, vbi ita habet: *Promocat me in aleam, vt ego iudam; pono pallium, ille annulum opposuit, Inuocat Phantasma, iactus Vulturis quatuor: Talos arripio, inuoco aliam meam nutricem Heren, iacto Basiliscum.* Talis Vulturis nomen datum Rhodoginus inquit, quòd vt Vultures carniuori sunt, & rapto viuunt, compari modo & talorum ludi ita sunt, vt lusorem ex toto dispolient, atq; vt Plaurino verbo utamur, deruncinent. Calcagninus ait appellatos vel à rapacitate, vel à fecunditate, quòd id animal foret naturæ symbolum Aegyptijs.

Vultur fluminis.

Li. 9. Geog.

Vultur mos Vultur talus.

In Cureul. Lib. 8. Ant. lect. c. 18.

SYNONIMA.

HEBRAICVM nomen Aiah quidam Vulturem interpretantur, vt D. Hieronymi quoq; translatio habet, & David Kimhi vel Vulturem, vel Miluum significare suspicatur, vt refert Ornithologus. Item . . . id est, Daah, & Daiah eiusdem linguae vocabula, vnde Daioth Efaie plurali numero; Sunt qui similiter Vulturem exponant. Legitur & Raah inter Aues impuras, quæ vox ad Daah proximè accedit. Hinc ab acuto, quo prædita est, visu nomen sortitam esse volunt: nam Raah Hebræis videre est. Sunt qui Vulturem reddant, quemadmodum & Septuaginta interpretes γυρας; Alij Miluum. Communis interpretatio Ixon transfert, quam Albertus Auem ait de genere Vulturum esse, at Vulture maiorem. Arabibus Vultur vocatur Rachame vel Rocham, vti ex Auicennæ & Serapionis interpretibus colligitur. Apud Albertum pro Vulture Aradam legitur, nisi vitiosa, quòd suspicor, lectio est, & muranda in Aracham, quam ex coenoso Arabum fonte, vt pleraq; alia hausisse videtur. Vocabulum hoc kipoz apud Hebræos varios variè accipitur. Quibusdam Vulturem denotat; Alijs Ericium. Pari pacto & Chasida multa significat. Nonnulli enim ita Vulturem; Alij Vpupam; Quidam Vulturem album; Alij deniq; aliud quidpiam ita dici volunt. Ita quoque Anapha alias Vulturem; alias Miluum; alias Ardeam interpretantur. . . id est Rescheph, & numero plurali Reschapim, David Kimhi exponit carbonem & horum prolem scintillas. Secus Abraham Esre facit, qui idem alibi pro Aue exponit, cui ad stipulatur Moses Rambam. Septuaginta interpretes huius vocis interpretationem mirè variant. Alibi enim ορνις vertunt; Alibi ἀσπρας transferunt, id est, carbonem; Alibi γυρας, id est, Vulturem; Alibi ὄρνις; Alibi κρυς; Alibi κρυς. Neque D. Hieronymus sibi vbique constet; nunc Auem; nunc ignem; nunc Diabolum &c. hac voce significari volens. Si tamen penes huius linguae peritos arbitrium litis & fides est, vox ea propriè ac principaliter carbonem designat, cuius filij seu soboles sunt scintillæ Analogicè verò, seu per metaphoram iaculum ignitum significat, & morbos vehementissimo æstu affligentes, nec non inflammationes pestilentes. Ita incerta & varia est in Hebræa lingua vocum significatio. Albertus Arabicum Chyn seu Kym ponit nonnunquam pro Vulture; alibi velut sui oblitus sic Oksifragam vocat, & hoc quidem rectius, Auicennam nempe vt solet, aliosque Arabes secutus. Hi enim cum Aristotelem, aliosque Græcos auctores in suam linguam malè translatos haberent, & ipsi Artici sermonis rudes essent, & sua scripta à Barbaris ac semilatinis hominibus multò peius possent latina facta fuissent, in causa fuere, quod Albertus & alij qui Arabum vestigijs insisterent sepe alia pro alijs accipientes, in non leues errores inciderint. Talis est, quod Albertus existimant, & scribat Aristotelem & alios quosdam philosophos Vulturem cum Aquila confudisse, & pro iisdem habuisse, sed Aristoteles tale quid nunquam cogitauit, tantum abest, vt id scriptis mādauerit. Quare Albertus cum falsa Aristotelis autoritate niteretur, atque ipse expertus esset Græcarum literarum, promiscuè his nominibus vsus, sæpenuerò ea Vulturi attribuit, quæ Aquilæ conuenient, vitiosa nimirum interpretatione deceptus. Apud Pandegetarium pro Vulture legitur Tagiptaram, & Tagued. Sed tantum de Hebræis ac Arabibus,

Aiah.

Lib. 1. de Quad cap. de Onocentauro.

Raah.

Ixon.

Rachame.

Rocham.

Aradam.

Aracham.

Kipoz.

Chasida.

Anapha.

Rescheph.

Dent. 32.

Cant. 8.

Iob. 5.

Abac. 3.

Psal. 76.

Psal. 78.

Chym.

Kym.

Albertus cur errauerit.

Tagiptara. Tagued.

γύψ
γίπας
τοργος
τοργος
mons.
Li. 19. Philol.
Allogrios.
Oloros
Etyymum.

Isid. S.

bibus nominibus Vulturis. Nunc apud reliquas gentes eius nomen inuestigemus. Græcis veteribus Vultur vocatur γύψ. Neotericis γίπας. Hesichius & Varinus tradunt τέρπος genus Vulturis esse, quod sanguinem sorbeat, & apud Siculos pro Vulture capi. Hoc nomen adeptum à monte Siciliæ, qui τέρπος dicitur, in quo frequentes Vultures nidificent. Ita etiam apud Lycophronem τέρπος pro Vulture, qui sanguinem sorbeat, seu hæmatoropho, ut ipse ait, legitur. Volateranus tamen huic vocem quam simillimam Astorgios nempe Accipitre maiorem significare vult Pausania, sed quo loco, equidem nescio; mihi sanè hæcenus quæsitum inuenire non licuit. Oloros, enim quidem Auium carnivorarum, ut quidam volunt, nomen est, τέρπος tamen Variote sic, Vulturem designat. Dicitur autem ita apud Homerum multis in locis est, παρὰ τὸ οὐδὲν αὐτῷ, eò quod scilicet in suo sexu, & sine coniuge, ut volant, Auis sit, & ex vtro, calore ac solis radijs concipiat. Hesiodi interpretibus etiam Oloros Vultur est. Dicitur vtrò Clavos alij, quati Oloros, quòd ὄλος αὐτῷ sibi sit, quod ab vno & solo gignatur, ut Phaulerus putat. Quam eandem ob causam Orus paulò antè positum ac proprium nomen, non vt ceteri in masculino genere γύψος, sed in fœminino tantum οὐδὲ γίπας effert. Vultures enim fœminas omnes arbitrat. Alij pleriq; masculino γύψ vtuntur; Varinus nominis etymon exponens, inquit γύψ παρὰ τὸ γυρίεναι τὰ ἐν ὕμῳ. Eius plurale γύπες primam producere admonet Eustathius, adducto exempli gratia illo Homeri versus:

Πολλὰς δὲ χύρες καὶ γίπας ἐδούρα.

Τρώες, id est

— Multos virò Canes & Vultures comedens

Troianorum.

Aegyptio
quid.

In Ther.

Grammaticorum quidam Aegyptio Vulturi interpretantur, ac ita dictam esse ἀπὸ τῆς αἰσῆς, id est, irruo & cum impetu incido. Mihi potius Gypæto convenire id nominis videtur, & ita compositum ἀπὸ τῆς αἰσῆς καὶ γυμῶς, ab utroque cum Aquilæ, cum Vulturis nomine, quod utriusq; aliis naturam participet. Vnde Aquila Vulturina dicta est. Quod etiam ex Nicandro probatur, qui utrumq; distinguit hoc versu:

Αἰγυπιοί, γυπῆς τε, κοραῖς τ' ὀμβρη καὶ κρητῶν.

Homerus
correctus.
Odyss. II.

Mendum est apud Homerum in his verbis φῆναι ἡ Αἰγυπιοί γαμφοίχες, vbi textus Græcus corruptè αἰγυπιοί habet pro αἰγυπιοί (vt Iohannes Spondanus rectè quoque legit & Vultures vertit, sed genus Aquilæ facit, quo iure ipse viderit) pro quo interpretes, qui verbum verbo reddidit, Vulturem rectè vertit. Eodem errore Philo se inuoluit, nisi dicamus (sed nullo auctore) à loco ita dictum Aegyptium. Verùm si ita volumus, adiectū huic (saltem aliquid substantium adiungere oportet, nomen Auis aut aliud huiusmodi, alioquin generale nimium significationem habituro. Iam vulgo Græcorum μοσχοπριο dicitur. Latinis dicitur Vultur genere masculino, quemadmodum & Vulturis nominandi casu, quo vsus est Ennius illo versu:

Vulturis in filius miserum mandabat hominem.

Vulturinus.
Etyymum.
Volitardus.

Auis Titij.
Torna Auis.

In Cassandra.

Olor rapax

In Hercule.

Ales magna.

In Rydente.

Lib. 2.

Lib. 4.

Sepulchra animata.

An Gryps sit.

An Harpe.

Cicero, Plautus, Lucretius, Catullus, & alij hoc nomen Vulturis vsorpant. Crinitus tamen genere fœminino protulit ex Varrone, qui Græcos imitatus videtur. Dicitur est Vultur à tardo volatu, quasi Volitardus. Nam ob corporis molem, eamq; vastissimam ægrè ab humo in alium sese at tollit, & per acta graui ac tardo motu fertur, vnde non imminente Sammonicus ei tardi epitheton attribuit, amplum alibi cognominans. Per periphrasim ex genere & proprietate quædam compositam Vultur vocatur Auis Titij, quòd Titio iecinoris rediuiui fibras continè depastum poëtæ fabulenter. Item torua Auis à retro ac truculento aspectu. Lycophron Olorem rapacem vocat: sed hoc nominis albo tantum Vulturi, non autem reliquis, ut potè nigræ aut auræ competet. Seneca per Algem auidam Vulturem intelligit; & Plautus per Aues magnas non alias, quàm Vultures innuere voluit, cū ait. Nam hercle te barba continet arripiam & in igne coniectam, teq; ambustulati obiectam magnis Auibz pabulū. Poëtis etiā Vultures, Palatine Aues nūcupantur, ab augurio, quod Romulus & Remus, vt post dicemus, exijs ceperūt, Propertius:

— Murorum Romulus augur

Ire Palatinas non bene vidit Aues.

Dicuntur etiam eidem Poëtæ Aues Caucaæ:

Caucaæ etiam si pateremur Aues.

A Caucaſo nempe monte, in quo Promethei iecur quotidie renascens depascebatur. Hermogenes Græcus Vultures sepulchra animata vocari annotauit, παρὰ τὸ μύθος: cuius appellatio nis rationem suo loco latius exponemus. Sunt qui Vulturem Gryphem esse velint. Et sanè nulla fors alia Auis internum natura fuerit, cui quæ de fabulosa Griphe circumferuntur, quam Vulturi quadrent aptius; Aui etiam Aquilis maximis maiori, rapacissimæ, crudelissimæ, voracitatis inexplebilis. Alij Harpen esse volunt, sed nos quid de eo sentiamus antè diximus. Denique

aniqui; uthoricūdam licet obscuro Kiranidi nempe Lynx avis, Vultur exponitur, nimirum vt Lynx Kiranidis. conijcio, ab acutissimo visu, qui vtriq; communis est, & Lynceis (vt dici solet) oculis. Italicū Vulturis nomen est Auoltoio. Hispanicum Bueyre. Gallicum Vantour seu Vaultour. Sabaudi nonnihil variante dialecto Vaulter efferunt. Polonicum Semp, vel Sep. Illyricum Sup. Anglicum à Gier. Germanicum Gyr & Geir. Belgicum Vogel Ghyer. Nomen Germanicum, pro specierum diuersitate diuersimodè componitur. Albus enim Vultur VVeisegyr vocatur; is qui piscium præda viuunt Fischgyr; qui Lepores capit Hafengyr; qui cadauera sectatur Ofgyr, & Algyr, nec non Keibgyr; si equorum morticinjs delectatur, Rolgyr appellatur. Saxones quoddam genus Gallinas impetens & rostri icu feriens ab eo ingenio Stofgyr nuncupant. Quirufus est peccore apud Heluetios Galdgyr iisdem dicitur.

VULTVRIS GENERATIM considerati descriptio.

OMNIVM Avium rapacium, quotquot ad nostram hæcenus ætatem vel ab authoribus proditæ, vel aliorum & nostro experimento in rerū natura existere cōperræ sunt, maximus Vulture est. Nam & Aquilam lesqualtera proportione excedere ex Aristotele tradit Bellonius, quod tamen apud Aristotelem nondū legi: Quamvis non vna omnium est magnitudo. Qui enim albicante est corpore, Aquila aliquantulum minor est. Quod autem in reliquis, quæ rapina viuunt, avibus solenne obseruauimus, vt mares, quod ad magnitudinem attinet, feminae longo post se intervallo relinquunt, adeo vt dispare prolixus esse specie videantur, id in Vulturum familia minimè locum habet, vt Bellonius aduertit. Singulorum verò magnitudinē, cum singulos in specie descripturi sumus, declarabimus exactiùs. Toto corpore Aquilam ferè imitatur. Imò quidam Vulturem ita exprimunt, vt vix ab Aquila eum liceat discernere, vide Vulture Aureo post dicitur. Rostrum est obunco, vt Virgilius etiam testatur:

— Rostrū immanis Vultur obunco.

Hanc tamen Vulturini rostri aduncitatem ab alijs plerisq; rapacibus, vt Aquilis & Accipitribus in hoc discrepare Ornithologus autumat, quòd Vulturi nō confectim atque à fronte enascitur, in hamum incuruetur, verum post duorum digitorum seu medij palmi continuam cūctitudinem. Quod in pluribus Vulturū speciebus sese obseruasse scribit. De qua re latius, cum de Aquila regia ageremus. Oculos Vulturi truculentos & fœdos esse omnes aiunt, vt ex D. Iohi loco istoc colligitur, vbi ait: *Semisam ignorauit Auis & non est intus eā oculus Vulturis.* Tradunt quidam, inter quos est Philus Græcus, quòd diuersas ab alijs nares habeāt Vultures. Quatuor enim illis esse narium spiracula; à qua nota *τετραπνοι* vocantur. Verum cum nihil tale in vero Vulture conspiciamus, itaque hæc commento occasione, eximiam illam, qua cæteris omnibus antestigi, odoratū sagacitatem dedisse puto: quæ quingentis passuum millibus distantium cadauerum putorem præsentire possunt, insigni sanè odoratus priuilegio. Collum ferè implume habere, Martialis videtur inuere, cum inquit:

Et Vulturino mentulam parem collo.

Et ita Scholiastæ hunc locum commentatur, cum mentulam eneruratam esse, & mollem breuibus pilis instar Vulturini colli plumis carentis dicant. Verum opinionem hanc ex conatam esse conijcere licet, quòd Vultures, præsertim albi, vt testis est doctissimus Bellonius, plumas capitis breues admodum obtineāt, si cum Aquilis conferantur: adeò vt caluōs quidam, cum tamen reuera non sint, existimarint. Bellonius, qui plurimos omnis generis Vultures, Regiæ liberalitatis & longinquæ peregrinationis beneficio vidit, & curiosè admodū obseruauit, tradit eos, sub gurgure spatium habere, palmi latitudine, non tam plumis, quàm pilis, qui vitulinis quàm simillimi sunt, vestitum, rufis, quæ admodum etiam vtrumq; colli latus esse enim teneriosmos & mollissimos, instar lenissimi cuiusdam velleris, easq; pilos potius, quam pennas dicendas, quippe quæ vel calami scapo omne destitutæ sint, vel eius vix informe aliquod rudimentum exhibeant. Guttur eos habere longitudine ac capacitate insigni docet propendens eorum ingluuies ante ventrē, seu pars illa gulæ sinuosa, quæ ipsis ventrium plurimorum, quibus ruminantia instructa sunt, loco est; in qua ceu ventriculo cibos magnis ac integris frustis assatim ingestos, & nullo manu comminutos, rudi quadam cōitione præparant. Huiusmodi gula, qui huic vni dediti sūt, & à qua gulosi dici merentur, nihil postest obtingere optatius: quod Aristoteles testigit in hæc verba, *Quapropter, inquit, guloes optant linguam longā, sed quemamodū phibentur, & Hydris, Vulturis guttur.* Vulturi præ cæteris rapacibus peculiare est, vt interiorē alæ partem,

Magnitudo.
Lib. 2. ca. 1.
de Auib.

Forma.
Rostrum.
Aen. 6.

Oculi.
Nares.

Collum.
Lib. 9. Epigramma.

Lib. 2. ca. 1.

Guttur.

Lib. 3. Ethic.

Ala.

Cutis.
Crura.

partem, & quæ corpori incumbit leui vellere ioram insectam habeat, cum reliquæ illud alatum cauum plumulæ nudum obtineant. Cutis eadem ferè est crassitudine, qua in Capreolo. Omnibus crura tora ad pedes usque plumosa sunt. Hac nota eos ab alijs raptu uiuentibus distinguere existimat doctissimus Bellonius, licet & Aquilæ quibusdam id competat, quæ non minus quam Vultures in editissimis montium iugis degunt. Nam cum omnia gelu ac niue ob altitudinem, & mediæ aëris regionis propinquitatem ibi rigeant, itaque natura, ut contra has iniurias, Aues eas munit, omnibus crura plumis induxit, & hirsuta fecit. Vngues Vulturi, quemadmodum omnibus carnioris adunci sunt. Quæ verò singulis speciebus propria sunt, singularum descriptionibus reservamus.

Vngues.

S E N S V S.

Lib. 1. Hierogl.
Visus.
Vultur pro aspectu pietus.
Lib. 12. Oris c. 7.
Odoratus.

ORVS Vulturem animalibus cunctis videndi acumine præstare ait, qui oriëre Sole in oculum, occidente verò in ortum prospiciat, atque è longissimo intervallo de cibo futuro sibi provideat. Quamobrem Aegyptij, ubi visum significare voluit, Vulturem apingunt. Causam Isidorus in volatum potius subtiliter refert, cum inquit: *Alnus quippe volantes, quæ multa montium obscuritate calantur, ex alto illi conspiciunt*: quàm in organi compositionem, quæ porior causa existimanda est, licet insignem aciem haud parum altissimus volatus adiuvet. Verùm de visus prærogativa fortasse Aquila cum eo neque iniuria contender.

Odoratus palmam vno eorum Vulturi omnes merito tribuunt: quod Plinius confirmat his verbis, tanquam iussus arbitri, suam vtrique dotem assignans: *Aquila clarius quàm nos ceruunt. Vultures sagacius odorantur*. Idem testantur vulgatissimi illi versiculi incerti authoris.

*Nos Aper auditu præcellit, Aranea tactu,
Vultur odoratu, Lynx visu, Simia gustu.*

Li. 12 Orig.
c. 7.
Lib. de Anim. Côm. 97.

Admiranda sanè & miraculo proxima, authores classici de huius Auis odorandi vi prodiderunt. Neque enim ultra maria tantum, ut Isidorus scribit, sed per quingenta etià millia passuum, & cò amplius, ut author est D. Thomas Aquinas, cadauerum putorem percipit. Quod autem aliqui addunt, tam sagaciter odorari Vultures, ut biduo triduoque, imò septenis, ut alijs, diebus antè ea loca circumuolent, in quibus cadauera futura sunt, ineptè sanè ad odorandi facultatem refertur, cum eorum, quæ necdum sunt, cadauerum nullus odor esse possit. Senius enim præfentium est. Quare, ad quandam augurandi vim, si sic loqui possumus, id pertinere putandum est. Ridiculè igitur Georgius Picorius:

*Hanc volucrem narrans lucas tres nosse cadauer
Venturum, olfactu tam vigeat hac volacris.*

Melius, veriusque Lucretius:

*Idem, per auras
Mellis Apes quamuis longè ducuntur odore,
Vulturque, cadaueribus &c.*

Vulture sagacior pro uerb.

Dedit sanè insignis ea Vulturi odorandi facultas proverbio locum; quo *Vulture sagaciores* dicuntur, quidam culinarum & mensæ asseclæ, quos dapum odor sollicitè indagatus allicit. Quod Apuleius respexit, cum impudentem quendam helleuonem in Magia notat, his verbis: *Si verò nobis nidoris domesticum præsentis, vincit idem sagacitate odoradi & Canes & Vultures*. Hic spectat illud Lucianus: *An non dixit quod citius lauerit Vultures cadauer pridianum, ac mercedum in propatulo positi, quam spectaculum aliquod nouum & inopinatum, Timolauum, etiamsi Corinthi illum oporteat sine respiratione circulo abiri*? Quæ verò ratione ex tam longinquo nimirum ex quingentorum millium passuum, ut ex D. Thoma dictum est, intervallo cadauerum putorem olfaciat, multi disputant. Illud enim usque odorem vel corporalem euaporatorem percipere, prorsus absurdum credunt, præteritum cum sensibile medium immutet vndique, se cundum eandem, & æquabilem distantiam, nisi præpediatur: neque enim sufficit, ut tantum spacijs occupet, etiamsi in fumidam euaporationem resoluatur integrum cadauer, quando cunctis ac præscriptis igitur rarefactionis terminis, ad quem naturale corpus peruenire potest, atque si etiam raritas ignis fuerit. Sed nec huiusmodi vapore cadauer cognoscitur saltem immutatum esse. Proinde dicendum existimat Cælius Rhodoginus, ab odorabili quidem resoluti posse fumum halitum, sed tamen non produci ad eum terminum, ubi odor percipitur: mediū autem spiritualiter immutari, ultra ac longius quàm commemorata euaporatio peruenire possit. Auicenna verò pro eo, quo pollebat, ingenio, huiusmodi eius rei conatus est rationem adferre,

Li. 9. de Eff. an
tiq. c. 18.

cum

cum inquit: Odores perueniunt ad multa ex animalibus, plusquā ad homines. Similiter redduntur eis visibilia à longinquis spatijs, & ultra montes altissimos. Idē. n. videmus Vultures circumuolantes in aere, & perueniunt visus eorum in longinquum ultra modū quo vsq; eleuantur multum supra montes altissimos: ergo potest esse, quod Aues illae eleuatae fuerint in aere, quousq; apparuerint illes longinquo eius spatijs, & viderint cadauera. Si autem negauerint colores cadauerū reddi eis, plus debent negare odores reddi, quorū vis est debilior: & sicut non omni animali necesse est mouere palpebrā & oculū ad hoc vt videat: similiter nō est omni animali necesse olfacere ad hoc vt odoret; multis ex illis accidit odorare non olfaciendo. Hæc ratio certē ingeniosa est, & Auicenna digna. Mihi à ratione nō videtur ablonū, si per tanta locorum spacia odorari Vultures concedā. Si enim insistenti exquisitiem, & ficitatem, si copiam exhalationis ab integris quandoque exercitibus confectis sublata video, si eam non vndiquaquā expansam, sed conglobatam, & ventis eō delatam considero; nihil præter rationem dixerō. Nec spiritalia obiecta mihi quis obrudat, Nam quod corpus afficit, corpus est, aut quid corporeum. Hæc tamen alij exactiūs examinent.

L O C V S.

ESTI de loco, in quo vitam agere Vultur solet, multi dubitant: pleriq; tamen in eo cōueniunt, vt altissimorum montium iugis habitare dicāt. Horum praecipuus est Aristoteles; qui sic ait: *Vultur nidificat in rupibus excelsissimis, vnde fit, vt raro nidus & palli Vulturis videntur*. Quocirca Herodotus Rhetoris Brysonis pater, Vultures ex diuerso orbe nobis incognito, ac situ eminentiore quodam aduolare putauit, argumento quod nemo nidum vidisset Vulturis, & quidā multi exereitū sequentes repenit apparcat. Sed quamquam diffidē nidum eius alitis videntur, tamen visus aliquando est. Huic Aristotelis sententiæ Plinius assipulat, dicens *Vulturum nidos nemo attigit, idē etiam fuerit, qui putarent illos ex aduerso orbe aduolare, falsū. Nidificant enim in excelsissimis rupibus*. Eandem causam habet, quod Aegyptij hominem peregrinum & ignotum omnibus, per Vulturem significare soleāt. Albertus etiam in montibus inaccessis & in altis rupibus nidulari Vultures memorat Aristotelem proculdubio & Plinius secutus. Sed id Homerus quoq; testatur hisce versibus:

Οἱ δ' ὅς' αἰγυπιοὶ γαμφώυχες ἀρχυλοχέλαι,
Πτέρη ἐφ' ὤψλῃ μέγ' ἄλ' α καζῖται μάχονται, id est,
Hi autem sicut Vultures ungibus cursum & rostris aduocis
Scopolo in excelsis valde clangentes pugnant.

Georgius Agricola ex his Aurbus Vulturem esse tradidit, quæ cum æstate degant in syluis, hyeme in finitimis locos, eosq; apricos demigrent. Huius etiam veritatem confirmat Bellonius. Verū hoc intelligendum est de regionibus, quæ in Oriente tantummodò sitæ sunt; in illas enim id facere Vultures verum est. Rarissimos enim in Italia, Germania, & Gallia loca plana aduertes videre est, præterquam hyberno tempore, quò ferè vbis locorum volitare cernuntur. Nam tum montes deserunt, frigoris euitaturi iniurias, & calidas regiones, easq; transmarinas petunt. Alioquin & æstate aliquando in Gallia in monte Auerniæ, cui aureo cognomen est, aliquot visi sunt. At in Crete montibus frequentes admodum sunt, vbi nidificant non in arboribus cæterarum Auium more, sed in difficillimis rupium præcipitijs super mare propenditibus, ita vt videri sit possit, nec pullos eorum nidos eximi, nisi quis longo fune à rupibus demittatur. Funis autem caput, vt Bellonius tradit, palo in montis vertice terzæ infixo firmiter adalligatur, per eum rusticus quidam se demittit, donec ad Vulturis nidum perueniat, deinde per eundem funem denud in altum subit. Vel puerum magno corbi impositum ex summo sepulchro demittunt: cumq; ad nidum peruenit, pullos eximit, eosq; corbi imponit, quem postea rursus sursum attrahunt. Simile quid narrat Georgius Braunus, cum Edimburgum scaltie urbem describit, in qua arcem esse refert inexpligabilem, vt ad eam ne vllis quidem scalis, soliceat ascendere, adeo prærupta est ex solido saxo rupes. In hac Vultures nidos faciunt, quos animosiores iuuenes ex arce sportis demissi depredantur. Scribitatē Bellonius in arena Aegypti parte Vultures habitare. Montes etiam qui inter Vangionum urbem, quæ nunc VVor-matia dicitur, & Treuironum Augustam medijs sunt, à Vulturibus incoli Albertus testis est. Et Franciscus Patricius mihi aliquando scripsit in Apennino prope Auerniæ montem in Hetruria, vbi Illustrissimorum Saluatorum sylua est, Vultures nidulari. Item in Zacyntho insula habitare Reu. Andreas Panicus Bononiensis, qui biennium ibi vixit, mihi retulit. Caucasum Scythiæ montem, crebros habitasse Vultures fabula innuit, quæ Prometheus saxo alligatum, in eodem furti poenas dedisse Vulturibus, qui iecur ipsi exedebant, effingit. Vnde &

6. Histor.
cap. 5.

L. 10. c. 7.
Ignotus p
Vulturem
designat.
L. 6. c. 3.
Iliad. 11.

L. de Ani-
mal. subter-
vancis.
Lib. 2. de
Aurb. c. 2.

Vultures
pullo quousq;
eximantur.
L. 1. Obser-
uat. c. 1.

In Theatro
orbium.
Lib. 2. Ob-
seruat. c. 30
L. 23. de
Anim.

Aues cau- caſæ quæ. In Bucoli- cis. Caucaſæ Aues à Poëtis dictæ ſunt, vt Virgilio; *Caucaſæ æg. reſ. r. volucres, ſortemq. Promethei.* Et Propertio:

Caucaſæ etiam ſi patiremur Aues.

Satyr. 14.

Quamuis quidam per hæc Aquilas intelligant, rectius tamẽ Vultures exponi teſtis eſt Petronius Arbitrator. Sed tamen in arboribus aliquando eos nidificare Iuuenalis ſentit:

Partemq. cadaueris adſert

Hic eſt ergo cibus magni quoque Vulturis, & ſe Paſcentis, propria cum ſecit in arbore nidos.

Lib. de ſub- terr.

Quod quidẽ à mète Georgij Agricola, qui in ſyluis eos æſtate degere aſſerit, non eſt alienum. In Arabia verò deſertæ, ac Aegypti locis planis & campeſtribus, præſertim inter vibẽ Cayrum dictam Memphim & Erythrẽu mare numerosos ſe obſeruaffe ſcribit Bellonius: cuius rei ratio eſt, quod vt Chriſti Seruatoris verbis vtar, *vbi cadauer, illic quoq. cõgregentur Vultures.* Iter enim illud Aegyptijs Camelis eſt perquã tritũ, quo tam frequenti numero intereunt, vt appareat ex eorum oſibus, quæ hinc inde diſperſa iacent, vt hoc verũ eorum cãmitem iũ meritò dici poſſit: quibus allecti, quod nõquam paſtus ibi ipſis deſicit, crebri ſeſe eò conferunt, ſuapte natura alioquin plana ac humilia cuitãtes. In altiffimis Heluetiæ mõtibus, vt in Amano propella- cum Riuariũ, Ornithologus, & in littore Peruiano numerosos Leuius Apollonius eſſe tradit.

Lib. 1. Pe- ruuin.

MOTVS. VOLATVS.

Lib. 12. Orig. 6. 7. Lib. 21. de Animal.

TARDVM motu eſſe Vulturem ac pigrum omnes fatentur; cuius cauſam in corporis magnitudinem reiſciũt Iſidorus & Albertus, vnde etiam nomẽ traxiſſe volunt. Hinc eſt, quod, vt Plinius inquit, *Vultur & ſerẽ grauiorẽ, niſi ex procuſu aut tumultu emiſſe non euolant.* Quæ res ipſi nonnunquam exitium adfert, vt Albertus teſtatur. Cum enim vix tertio aut ſrequentiori etiam niſu ſeſe in altum attollat, ſit ſæpenumero, vt antequam in ſublime fertur, à latente in inſidijs aucupe capiatur: vnde & à ſe aliquando vnum captũ eſſe, ſed iam cadaueribus ſaturum ac grauẽ Albertus reſert. Non temerẽ igitur Poëtæ ei tardi epitheton dedẽt, vt Ouidius:

In Ibin.

Vnguibus & roſtro tardus trabes ilia Vultur.

Et Calentius.

Aui Milui ant tardi Vulturis inſidias.

Sunt tamen qui apud Ouidium hanc vocẽ (*sardus*) exponũt perſeuerans. Albertus quidem tardẽ eum volare concedit, at cum à terra ſeſe eleuauerit, bene & ſatis altẽ: vnde etiã ab egreſſio, ſi Djs placet volatu Vulturis nomẽ deriuatum contendit, ſed quã appoſitẽ, ipſe videat. Reuera diſſiciliter admodum ſeſe humo tulit, quemadmodũ & Struthiocamelos, uimio corporis pondere prægrauatos non volare, ſed alarum beneficio curſum promouere videmus. Sic cum in aërem ſublatus eſt, tardum etiam volatum exercet: quem ſcitiffimẽ Ariſtophanes ea de cauſa natationem quandam vocare videtur, quod lento gradu per aëra euectus, velut natatẽ in nubibus videatur, vnde ei *γάρμψος ἀσπόμενος* dicuntur Vultures. Quapropter cum veloces Homerus eos vocaret, ita accipiendum eſſe credo, quod cadauera, de quibus loquitur, velocius deuorent. Volare autem bimatum ſemper ſerẽ conſtat, vt notat etiam Barbarus. Bellonius aſſerit inter reliquas rapaces atque recuruis vnguibus præditas Aues ſolos Vultures turmatim volare; quorum magnas turmas, & in ſingulis non pauciores quã quinquagenos obſeruauit cum è Cairo in montem Sinai proficiſceretur.

Lib. 2. Obſeruat. 6. 70.

V O X.

Pulpare quid.

VULTURES cum vocem edunt, proprio vocabulo pulpare dicuntur, vt Ouidius ſeu quiſquis eſt Philomela author teſtatur illo verſu:

Dum clangunt Aquila; Vultur pulpare probatur.

Et Thomas Radinus in eo libello, quem Abyſſum ſtellarum inſcripſit, inquit.

Vultur pulparis, Accipiter pipans.

Iliad. 11.

Homerus tamen eos dicit clangere.

INGENIVM

INTER animantia bruta, quibus natura ingenium, quā ceteris largiore manu contulit, minimē ultimo loco Vultur constituendus est. Quinimo aliquid amplius ingenij obtinere reliquis haud grauatim admittet, qui non solum memoriam & prudentiam, verum & futurorum quandam perspicientiam aut praesagium ei inesse considerauerit. Prudentiae quidem non leuia istaec argumenta sunt; primum quod rapacium siue vncunguium, quarum solitaria fere natura, est, soli gregatim volant. Hoc quidem illos prudenter, & naturae suae confectos ideo facere verisimile est, ut ab hominum insidijs, & ab aliarum rapacium violentia sint tutiores. Deinde quod frigus inimicum euitaturi, solum mutant, instantesque hyeme in calidiores regiones commigrent (Nam & Aegypto non minus, quam Ciconias aduenas esse idem Bellonius testatur) solenter admodum imminetia incommoda, tanquam prauius fugientes, idque beneficium olim sibi successisse non immemores. Sed & hoc memoriae eorum ascribendum est, quod ad idem cadauer, a quo satiati saepius recesserunt, identidem redeant. Illud sane Oeconomis bonis imitandae prudentiae signum est, ubi cadaueri ipsi copia suppetit, quod tum bonam eorum partem seponant, ac in futurum prouide reuerent. Sed illud omnem admirationem superat, quod de praesagientibus illis cadauera narrat Aelianus: *Expeditos, inquit, ad bellum exercitus praesentione quādam consequuntur, plane scientes, & quod ad bellum proficiscuntur, & quod omnis pugna strages edere soleat.* Testatur idem Philus poeta Graecus:

Πλην μαντικῶν ἔχουσι οἱ γόπες φῶν,
Καὶ γὰρ σαρκοδημοῖσι τοῖς μαζομένους
Τὸν σαρκοφάγον ἡλπίδι τὸν πεισομένον, id est,
Ceterum vaticinam habent Vultures naturam,
Etiam comitantur pugnantes
Corporum spe, quae in bello ceciderunt.

Vnde etiam facietarium & saluum plenus Plautus, Iurcones quosdam famelicos taxans, ait: *Id quāsi Vulturij triduo prius praedixinabāt, quo die esituri sunt.* Futuram stragem praesentione quodam mirē percipere etiam D. Basilus comprobat. Quod quidem haecenus citari auctores ad ingenium referunt: non desunt tamen, qui altius huius rei causam repetant. Nam eius rationem persequuti difficillimum censuit Albertus, & alij tanquam naturae limites egressum ad occultā tellurum potestatem confugiant. Non minori sagacitate, cuius tamen ratio magis intra sepra cōmuni naturae consistere videtur, in sanitate conseruanda, uti Vultures comperti teste Laurentio Iuberto: *Cū minus violenta est, inquit, pestis perniciēs saltem quae supremis gaudet locis inferiora querat; id enim obseruatione constat. Vultures pestilentis aeri cedere, ut certū sit indicium, quae loca te nens Vultures infesto aeri subiecta non esse.* Ex quo colligitur non solum ipsos suae salutis cōsulare, dum noxa virulenti aeris percepta consueta domicilia deserunt, sed etiam loca ea, ad quae sese recipiunt, tuta esse monere homines, & ut ibidem se seruent, ex exemplo suoinuitare. Nicanter hoc Vulturis in sanitate suae sollicitudine conseruanda callidum ingenium si militer ostendit, dum quae a venenoso serpente percussa sunt, cadaueribus abstinere asserit:

Dum ferit, ardescit percussū corpus, & aliis
Membris atra caro stillat liuore nigrescens,
Nulla rapax animans audet tractare cadauer,
Non Aquila aut Vultur, non Coruus nūncius imbris,

Et rursus ubi de Basilisco loquitur:

Nulla etiam volucres, quae feda cadauera pascunt,
Sic occisum hominem arguunt, ut Vultur & omnes
Huic similes aliae,

Nec minore solertia amissam sanitatem recuperat, quam praesentem tuetur. Si enim Razi fidem adhibemus; cū hepatis ipsius aegre est, tum magnarum Auium, quas in hunc usum venatus est, iecinora vorat, quae & alimenti & medicamenti loco esse possint. Denique & hoc ad ingenium & mores pertinere videtur, quod cū alioqui omne genus cadauerum liguriat, attamen a sui generis cadaueribus abtineat,

Vultures
cur mutant
regiones.

Memoria
in repetendo
cadaueris.

Prudentia
in reseruando
cadaueris.

Praesagia
cladium.

Lib. 2. de
Anim. c. 46

De proprietate
Auium

cap. de vult
In Triclin.

In Hexa.
Homil. 8.

Praesagij
Vulturis
causa.

Pestis praesagus
Vultur.

Lib. de peste
cap. 1.

Sanitatis
conseruator
esse.

In Ther.

A suo genere
se continet
Vultur.

SEXVS. COITVS. PARTVS.

Incubatus. Educatio.

PORTENTOSA sanè & valdè controuersa multi non solum poëta, sed grauissimi etiam Philosophi ac Theologi de Vulturina generatione memorie prodiderunt. In quorum tanta lite & contradictione concilianda nos extrema, quæ plerumq; in vitio sunt reuocamus, & media quadam via incedemus, & nostram sententiam, quantulacumq; ea sit, quam longo usu comparauimus, rerum naturalium cognitione adiuti, discussis tenebris, claram faceretentabimus: prius tamen aliorum opiniones exponemus.

Lib. 2. de
Anim. c. 46

Nidos extruere Vultures Aelianus & alij aliquot omnino negant. Præterea in Vulturum specie fæmineum sexum tantummodò reperiri plurimi asserunt: prodigiosum quendam procreandi ritum, & qui à fæminis solis nulla maris opera peragatur, commenti. Hoc tamen Aelianus, velut ex aliena sententia, adstruit, cum inquit: *Vulturem non nasci marem aiunt, sed fæminas omnes generari, quam rem non ignorantes hæ bestia pullos, solitudinem ac inopiam timētes, ad gignendos pullos talia machinantur. Aduersæ Austro volant, vel si Austro non spiraret, ad Eurum ventii oris biatu se pandunt. Spiritus venti influens ipsas implet. Idē, at paulò aliter Orus: Inter Vultures, inquit, mas non est, gignantur autē hunc in modū: Cum amore concipiendi fæmina exarserit, vuluam ad Boream ventum aperiens, ab eo velut comprimitur per dies quinque, quibus nec cibum, nec potum omnino capit, fætus procreationi intenta. Hinc Pictorius.*

Lib. 1. Hierogl.

In Panto-
polio.
Chiliad.
12. c. 439.

Vulturis & miram naturam dicere possum,

Dum genus hoc marem non peperisse patet. Et Tzetzes:

Vultures quidam inconsideratè dicunt animantia parere,

Habereq; lac, & mammas, & cætera talia:

Ego autem, ut inueni mares esse omnes Tygrides

Sic & fæmineum Vulturum inueni omne genus,

Quinque autem diebus natis volantes contra ventos

His concipiunt prolem subuentancam.

In Hexa.
Homil. 8.
Li. 1. Hexa.
cap. 20.

Quam diū
vterum ge-
rat Vultur.
Lib. 1. Hierogl.

Tantum nonnunquam valet in animis hominum præoccupata opinio, ut etiam Magnus ille Basilii, siue ita ex animo sentit, siue aliorum placita in vsum suum traducit, *subuentanca oua in cæteris irrita esse auctor sit, nec ex illis fouendo quidquid excuti, at in Vulturibus citra coitus fecunditate esse insignia.* Paulò cautiùs D. Ambrosius, non simpliciter asseuerat, sed *Vultures dicitur, inquit, sine concubitu concipere & generare.* Verùm ut in hoc pleriq; inter se conuenit, quod absq; coitu è vento concipiant fæminæ: ita quàm diū vterum gerant, ac quid tandem pariant, mirè authores variant: Sic Orus; *Animal hoc trecentos illos ac sexaginta quinque dies, quibus completur annus, ita distribuit, ut centum quidē & viginis diebus pragnans maneant, totidem pullos enutriat, reliquis verò centum ac viginis sui curam gerat, neque vterum ferens, neque alendis additum liberis, sed seipsum duntaxat ad aliam parans conceptionem. Quinque autem illos, qui supersunt anni dies in venti vi iam dictum est, compressionem, & coitum insumis.* Quapropter Aegyptij annum, ut idem testatur, significaturi, Vulturem depingunt. Ab hoc in temporis distributione, ac educationis diuturnitate nonnihil dissentit Tzetzes, ita inquires:

Anni hiero-
glyphicum.
Chiliad. 12.
c. 439.

Quinque autem diebus natis volantes contra ventos,

His concipiunt prolem subuentancam,

In centum autem & viginis diebus procreant

Subuentanca oua, in totidem verò alijs

Ex ouis extrudunt, & pullos generant,

In centum autem & viginis diebus alijs,

Vsq; ad aliarum perfectionem ipsorum educant illos.

Li. 10. c. 7.
Oua parere.

Ita de eorum partu; alioquin Oro conformis est, qui suam sententiam his verbis explicat: *Sunt porro & alia Vulturū genera, quæ ex venio non concipiunt, quorū oua ad usum duntaxat, nō item ad usum suscipiendum ac formandū sunt accommodata. At eorū Vulturum, quorū non est subuentancus duntaxat, & inefficax coitus, oua ad tollendam, gignendumq; sobolem sunt in primis idonea.* Huic opinioni suffragatur non solum Plinius, sed & Aristoteles, veritas ipsa, quantum quidem ad ouorum procreationem attinet. Plinius quidem diuersis locis Vmbrium etiam Aruspicum clarissimum testem allegans, oua excludere Vultures asserit. Idem ipsemet Aristoteles his bis difertis verbis, quæ post citabimus, testatur. Ab horum sententia longè difcedunt Simocatus, Philes,

Philes & Aristoteles ipse (si dijs placet) sui scilicet oblitus, nisi potius huius finimis quispiam nobis fucum facit, in Geoponicis, quæ eius nomine circūferuntur, ita scribens: *Vultures tertio a conceptu anno pariunt, nec nidum struunt, ut fertur, neque ova pariunt, sed statim pullos, eosq; mox à parentibus volucres.* Huic quisquis est, magis quàm veritati consentanea dicit Simocatus, ubi, *Vultures*, inquit, *triennio uterum gerunt, nullus enim est mas inter illos, sed femina ore aperto, exiensq; ab eis Zephyrum aut eius loco Eurum hauriunt, ac inde concipiunt materiam quandam, quæ ob se tenent: & plurimo tempore eget ad animalis perfectionem, animal enim, non ovis parit.* Ab horum parte ita Philes ita scribens:

Θήλος δὲ πᾶς γούψ καὶ Φορᾶς ἀνευ κούει,
Χαίνας γὰρ ἀντί τρωας ὕψι πρὸς νότον,
Συλλαμβάνει το πνεῦμα, καὶ τρίτου χρόνου,
Στρούθους πτερῶτες ἀπὸ μητρὸς ἐξαίρει.
Οἱ ζῶσιν εὐδὺς ἐξ οὐρανοῦ ἀπαγαγῶν, id est,
Femina verò omnis vultur, & absq; coitu gignit,
Hians enim conuersa in sublime ad Notum
Conceptu spiritum, & tertio anno
Pullos volucres è matrice excludit;
Qui viuunt è vestigio ope vngutum rapacium.

Hiquidem omnes Vultures feminas tantum esse, & sine copula, ut Isidori verbis utar, concipere & generare vanimiter asserunt. Quibus plus aliquid addit Orus, qui Vulturem non solum in fæmineo sexu principem, ac primarium constituit, sed & hermaphroditum facit, cum per Vultures solos ex Dijs mares simul ac fæminas, nempe Vulcanum, & Mineram apud Aegyptios ideo designari præter cætera tradit, quod generationis ipse sibi author crederetur & mater, & principium. At in reliqua procreationis fabula texēda. mirè variant, cum hic ouiparum, alius viuiparum facit; hic intra centum & viginti dies; ille nō citius triennio parere affirmet. Nimirum ut simplex & vna est veritas, ita mēdaciū multiplex, & ex vno, ut inquit Philosophus, absurdo multa sequuntur. Verū de hac opinione satis superq; dictum sit. Nunc alteram partem audiamus, quæ cum superiore planè pgnat. Primū nidificare Vulturem, idq; in excelssimis rupibus antè ex Aristotele & Plinio patuit. Sed & Niphus in Italia se Vulturis nidum vidisse scribit. Albertus Magnus Philosophus haud vulgaris, & D. Thomæ præceptor, non solum nidos eos extruere, sed & Venerem exercere apertè docet, ubi ait: *In montibus, quæ sunt inter ciuitatem Vangionum, quæ nunc Vuormatia vocatur, & Treuiros, singulis annis visitis eas Vultures, ita ut magnus undiqueq; furor ex congestis cadaueribus sentiat.* Quod autem ferunt quosdam Vultures non coire, falsum est: nam illic quoque sæpe permisceri videntur. Sed ut eo loco periri visos esse tanto viro lubens credo, tamen quàm benè ex hoc colligat nullos non coire, non video: Fieri enim potest, ut sterile quoddā si. Vulturū genus, ut paulō pōt Aristoteli & Plinio placere demonstrabimus, & quod absque Veneris illecebris vitā agat. Ut verò quid sentiam hac in te dicam, plerosq; coire certos sum, & fabulosa reputo, quæ de conceptu ex ventu feruntur: nō tamen omnes fœcundos necessariò statuendos existimo. Et enim & marē & fœminam in Vulturum etiā genere reperiri, & fœminam à mari iniri naturæ lex dicat. Sunt. n. Vultures Aues veræ & perfectæ animalia, quæ omnia cōmuni naturæ præscripto, utroq; sexu gaudēt. Quæ itaq; quæso ratio est, cur Vultures altero sexu mancos statuamus? Verū cum mecum reputo, vnde hoc commentū nasci poterit; id pluribus modis fieri potuisse video. Primū enim ova tredecim (ita quidam legunt) Vulturem parere Plinius scribit ex Vmbicio Aruspice. At fortasse cum ovorum plurima pars irrita sit (binos enim plerumq; Vulturis excludi pullos idē author est) itaq; occasionem illi arripuit e in animū inducendi, quasi è vento hæ Aues pariant. Huiusmodi enim tum harum, tum aliarū Avium ova & subuentanea, & Zephiria dixere, quæq; ad cibū solummodo, non etiā ad prolem producendam essent vitia; Alterā id credendi ansam Auis iitius libido subministrare potuit, quæ tāta esse dicitur, ut ea accēsa fæminæ, si mas fortassis abest, inter sese saliant, & mutua libidinis imaginatione concipiant, vel, ut nonnulli arbitrati sunt, ipso pulture in naturā vento aut vi pruritus attractio, ovaq; edant, ut Gallinæ, Perdices, & Anseres solent, hypenemisa seu subuentanea. Alerius causæ id opinandi, quæq; ab hac vtraq; diuersa est, Plinius author esse potuit, marem asserens, qui proli gignendæ incumbat, in Vulturibus nullū reperiri, cum inquit: *Hæc autem suum genus nō habent, sed ex diuerso Aquilarū coitu nascuntur: id quidē quod ex his natū est, in Ustragis genus habet, è quibus Vultures progenerantur mineres; & ex his magni, qui omnino nō generant.* Hæc Plinius, ea q; ex Aristotele proculdubio excerpta. Verū licet ex his verbis potremis malulorum in quibusdā Vulturibus defectum, non malè aliqui fortasse colligant, an verò ex eo omnes fæminas esse rectè inferunt? Sed vtriuslibet

Lib. 11.
Orig. cap. 7.

Lib. 8. Hist.
stor. cap. 5.
Lib. 10. c. 7.

Ova quot
pariat.

Ova subuen
tanea quæ.

Li. 10. c. 3.

In mirabilibus.

bet lexus sint, cum eos omnino non generare Philosophus asseueret, non est ut tantam fecunditatem, cui ad proles conceptum ventus sit satis in utrum admissus, hinc aslingant. Qua posse parere admittam (neque enim id negare animus est Aristoteli,) sed foetum vllum producere eos recte ex eo clari diffiteor. Cum enim Aquilæ, Ossifrage, & Vultures, ut partim ex Aristotele & Plinio palam est, partim res ipsa docet, promiscuo inter se coitu vntur, nihil mirum est, si ex diuersarum specierum duabus auibus, tertia quadam alia, & ab harum specie diuersa nempe sterilis generetur (quemadmodum ex Equa & Asino sterilem Mulam procreari videmus) quæ ob similitudinem, quam maiorem profecto cum Vulturibus, quam cum Aquilis ipsis habet, illorum classi ascribitur. Hunc enim Vulturem Aristoteles vocat, sed magni cognomēto adiecto ab alijs distinguunt, & disertis verbis sterilem esse docet, argumentū inde capiens, quod à nemine vnquam nidus eius conspectus fuerit. Verba eius hæc sunt: *Ex Aquilarum paribus alternis Halietus & Aquila nascuntur, quoad per eiusdem generis coniugabile nascitur. Ex Halietis Fulica, ex his Accipitres, Vulturesq; generantur. Verum Vultures nō diuersum genus, sed gradus vrsus Vulturis gignunt, eosq; steriles indicio est, quod Vulturis magni nidus nemini mortaliū visus sit.* Tantum Aristoteles de Vulturum generatione scribit, quam dum exponit, à Plinio non vna in dissentire videtur. Quod fortasse quispiā mirabitur, cum paulō antē dixerimus Plinium, quæ de Vulturina genesi, quam ibidem citauimus, scripsit, omnia ex mirabilibus Aristotelis transulisse. Sed cum hæc loca conferrem, facile animaduerti non ex authoribus ipsis, at ex interpretibus hanc diuersitatem ortā esse. Quod enim de Vulture hic legitur, minimè apud Aristotelem reperitur. Textus enim Græcus eo loco habet vocem *φώνη*, pro qua interpres, quisquis ille fuit, ineptissimè Fulicam vertit. Quo multò oculatior, & vtinam vbiq; tam circumspicētus fuisset, Plinius optimè Ossifragam exposuit, Aucem nempe Aquilis cognatam, ut non vno Aristotelis loco facile liquere potest. Quid enim quæso, Fulicæ cum Aquilis aut Vulturibus, Aui nempe aquaticæ & palmipedi cū vncunguibz rapacibus? Quid hoc aliud est, quàm nomina cum rebus ipsis confunderet? Simile mendum est in dictione *Accipitres*; huius enim loco textus Græcus habet *ἡ πικρὸν*, quæ quidem vox nō Accipitres, sed Aquilam Anatariā seu Clangam, alibi etiam Morphon appellatam Aristoteli vbiq; denotat; ut & Gaza doctè interpretatus est. Est tamen etiam inter ipsos auctores nonnulla, sed modica dissensio. In hoc enim variant, quod Aristoteles ex Ossifragis, præter Vultures etiā Percnos seu Anatarias quellas gigni tradat, Plinius verò tantūmodò Vultures. Atqui Percnos Accipitres interpretati sunt, fortassis alio Aristotelis loco eō deducti sunt, vbi inquit: *Quinetiam aduncorū Accipitres specie diuersi coire putantur.* Sed hic non *πικρὸν*, sed *ἱερὰς*, quæ quidē vox propriè Accipitres designat, legitur. Eodem hoc capite ea, quæ de promiscuo Vulturū & Aquilarū coitu diximus, generali quadam propositione confirmat, in hæc verba: *Coecunt animalia generis eiusdem secundū naturam, sed ea etiam quorū genus diuersum est quidē, sed natura non multū differt, si par modò magnitudo sit, & tempora æquent grauiditatis. Raro id fit, sed tamē fieri & in Canibus & in Vulpibus & in Lupis ceruū est; nec nō in Auiibus salacioribus idē fieri visū est.* &c. Sanè Aquilas cū magnitudine, tum natura nimīū discrepare, antē ostendimus. Reperiri verò alios, qui perpetua generatione posteritatem conseruent, vel inde euentissimum est, quod aliquin iam olim à multis seculis perijsse necesse esset eorum genus, nec Vulturem ampliū vllum verum in naturaq; haberi. Huiusmodi sunt minores Vultures Aristotele & Plinio testibus, Ossifragæ Aquilinæ solbolis proles, maiorumq; Vulturum sterilium parentes, cognatum Aquilis genus. Nam ex Halietis Ossifragas nasci ijdem auctores asserunt. Quod quidem hi suboleuissē videntur, qui medium quoddam inter Aquilas & Vultures genus, quod Aegyption vocant generationi indulgere statuunt. Inter quos est ille, quisquis tandem est, Geoponicorum Aristoteli vulgò attributorum author, ita scribens: *Vultures tertio à conceptu anno pariunt, nec nidū struunt, ut ferunt, sed Aegyptū media inter Vultures & Aquilas naturæ. Mares sunt etiā (id est, utrumq; sexum habent) ut audio, eorumq; nidi ostenduntur.* Item Philes, qui in suo de Vulture carmine istæc tradit:

In Mirabil.

Aristoteles
correctus.

9. Hist. c.
32.

2. de gen.
Anim. c. 5.

Aegypti
Aues.

Aiyvπiou
rectius le-
gendum.

Τὸ νατῖον δὲ φασὶ τὰς αἰγυπτίους
τίκτοντας ὡς τὴν ἀρὰν τῶν ἀρρίνων,
Εἰς τὰς καλὰς τῆς νοτίου ἐκκλησίας,
Ρώμης ἀγαθῆς, καὶ πικρὸν ἀλλοτρίους. id est,
E contratio autem inquit Aegyptios
Parientes onas salu marium
In nidis pullos formare
Roboris lauarii, pennisq; carentes.

Idem Orus innuere velle videtur hinc verbis:

At eorum Vulturū, quorum nō est subuētiens duntaxat, & inefficax coitus, onæ ad gignendū, uolendūq;

condam, sobolem sunt in primis idonea. Maior profectò Vulturum pars, qui à Neotericiis describuntur (qualis verbi gratia est Vultur aureus Helueticorum apud Ornithologum, & quem Equinum seu etiam Leporinum cognominant Germani Alpini, de quibus sigillatim pòst agemus) tanta coniunguntur affinitate, ut difficillimum sit certò statuere, ad vtram potius speciem referendi sint. Quæ ambiguitas procul dubiò non aliundè quàm ex promiscuo eorum inter se congressu oritur, quibus ipsis fortasse etià mutua similitudo ac speciei cognitio imponit, quemadmodum & diuersarum specierum quadrupedes, Lupos nimirum, Vulpes, Canes eadem ad coeundum inter se allicit & inuitat. Vnde ex Vulturibus & Aquilis diuersimodè sibi permixtis varios & deformes foetus oriri, atq; de varijs varia etiam & diuersa scribere ac sentire auctores iam minus mirum visum iri vnicuiq; arbitror. Sed de hac controuersia satis. Antequam tamen ad reliqua, quæ ad generationem spectant pergamus; illud neutiquam præteritumdū existimamus, quod ex D. Hieronymo scribit Stephanus Aqueus, *Vulturem nempe cum ceperis oua edere, quippam ex Indico tractu adferre, quod est tanquam nux, intus habens, quod moueatur, sonumq; subinde reddat; id verò sibi, ut apposuerit, multos fetus producere, sed vnum tantum remanere, qui Immutilus dicitur.* Verù nux ea meo iudicio atites lapis est, quem nunquid Vultur in nidum inferat, nondum habeo exploratum. A fabulis prorsus alienum est, quod Aristoteles de ouis eorū tradit, inquit. *Pariunt Vultures oua bina:* Et alibi: *Edunt non plusquam ovum vnum, aut duo complurimū.* Et quæ Plinius de fœtibus. *Fœtus, inquit, cernuntur sepe bini.* & rursus: *Vmbrius Haruspicum nostro aucto peritissimus, Vulturem parere tradit oua tria* (alij tredecim legū, sed tria legendum esse Barbarus ex Aristotele contēdit, & ut ego reor, rectè) *vno ex his reliqua oua, nidumq; lustrare, mox abijcere.* Et hos fortè secutus Albertus bina oua parere ait, quòd pullos nutrire non possit. Fabulam verò respicit, quæ de pulloꝝ educatione Orus prodidit in hanc ferè sententiã. Centum illis & viginti diebus, quibus in filioꝝ enutritione detinetur, nonquam ad prædam longius prouolat, vni illi curæ intētus, nec pullos deferat, deq; propinquo tantum, quæ fuerint in promptu conueniatur. Quod nisi aliud quicquam suggeratur, occurratue, quod filijs in alimentum paret, ipse dicitur suis fœtibus rostro vellicatis sanguinem cingere, quem filijs exugendum præbeat, tanta curat charitate, ne illi victus egestate deficient. Hinc ab ea symbolum miserationis ceperunt Aegyptij. Albertus, tantum abest, ut illis hanc in liberis pietatem tribuat, quin alios illos tradit verberare, vnguibusq; vulnerare, & ex superfluo sibi cibo nutrire, donec volare possint; nec deinde ferre, ut in eadem regione secum viuant ob viduus paucitatem. Attamen & cadaueribus etiam eos pascit, vscato sibi pabulo, ut Lucianus innuit, vbi Asinus fortem suam deplorans, ita secum loquitur: *τί ἐστι μένος ἱερῶν δαΐμονος, ὃν ἔχεις, ὅτι γὰρ τὸν ἐν τῇ γυναικὶ τῆς αὐτῆς οὐκ ἐκτρέφεις;* id est: *Quid amplius expectas, d miser, esca Vulturibus & eorum pullos facinus?*

Lib. 8. Hist. cap. 5.
Lib. 9. Hist. cap. 11.
Lib. 10. c. 8.
Lib. 6. ca. 6.
Lib. 1. Hierogl.

Pietas & charitas vulturis erga pullos.
Miserationis hieroglyphicum.
In Asinē seu Lucio.

VICTVS. VENATVS.

DE Vulturum victu ac præda, similis superiori, sed extricatu facilior, nodus occurrit, pugnantis hinc indè auctoꝝ sententijs. De his. n. multi multa passim fabulati sunt. Quidam. n. partim ex ratione, partim ex re ipsa, quòd iecore Titij velsi dicantur, vsceribus eos delectari, & cadauerum elcam olfactu eminus venari, ac vnicè appetere, ceterisq; quæ viuunt, abstinere asserunt. Alij è contrario rapacia, ac varij generis animalia, eaq; vita persequi ac deprædari. Inexplicabilem verò edacitatem omnes vno ore ipsi exprobrant, vti ex hisce auctoꝝ testimonijs manifestum est. Etenim Ouidius *Edacem* eum vocat:

Aut ut edax Vultur corpus circumspicit.

Et ex eo fortè Baptista Mantuanus.

Vultur edax, auido Corruscæ famelicus ore,

Et Strozius:

Vultur edax se iam tabo stillante calauer,

Et rursus:

Hec ne aliud quàm Vultur edax? fibra ne venata?

Catullus *auidum.*

Lingua exerta auido sit data Vulturio.

Item Seneca: *Vbi sondet Ales auida secundum iecur:*

Et Sophocles: *Projiciat auido Vulturi.*

Silius verò *obscenum:*

Examina obscænis consumit corpora Vultur.

Pontanus *cupidum:*

Prædæq; è nim cupidis benè data Vulturij.

Vulturum edacitas.
Lib. 1. de trist.

In Agamē In Aiace.
Lib. 12

*Vulture e-
daciōr. Pro-
nerbium.
lib. 8 Hist.
cap. 3.*

*Lib. 2. de
Anim. c. 46*

Iliad. A.

Iliad. Π.

Iliad. χ.

Iliad. A.

Odys. E.

*In Troad.
Act. 3.*

*In Rhoeso.
Act. 1.*

*In Adrom.
Act. 1.*

*Cant. 20.
Stan. 71.*

*Cant. 24.
Stan. 37.*

*Li. 1. Epig.
Lib. 1.*

*Epist. 96.
Vultures
qui dicit.
Animata
sepulchra.*

Tātoperè profectò ob edacitatem famosus est Vultur, vt voracitas eius in prouerbiū abierit. *Vulture*, n. *edaciōr* vulgari iactatur pœmia, homo ingluuici supra modum de ditis. Quo sensu Lucianus per metaphoram comedonem vocat *Vulturem omnium edacissimum*. Hanc verò suam vorandi auiditatem carniū esu explet: (*Sunt enim*, inquit, Aristoteles, *Vultures*, *vt pote quibus aduocati sunt vngues, carniuori*) ac potissimum cadauerum humanorum. Vnde Helychius appellantur. *Ὅντα σαρκόφάγα καὶ νεκροφάγα*, hoc est, Aues, quæ carne viuunt, & cadauera sectantur. In hominum .n. vt Aelianus testatur, cadauera *Vultures infestissimi ferantur, in quæ incurrentes, tanquam hostilia inuadunt, ac hominem vicinum ad moriendum, quando supremum vitæ diem agit, diligenter obseruant*. Verum eius, quod postremo loco hic additur, pœnis Aelianum fides esto, cui vera falsis miscere alioquin folenne est. Morticinorum appetentem ex antiquioribus pluribus in locis Homerus scribit, cū inquit:

Τῶν ἡταῖα αὐτῶν τέρεα χρεῖα γυπαεῖς ἔδονται, id est,
Notum verò ipsorum tenera corpora Vultures comedent.

Item alibi, vbi Hector Patroclum alloquitur morientem:

— *Σὲ δὲ τ' ἐνθάδε γυπαεῖς ἔδονται*, id est,
— *Te autem hic Vultures comedent.*

Item alibi, vbi Priamum de futura Hectoris strage lamentantem inducit, si cum Achille manus consererit:

— *Αἰθε θεῖσι τοῖσι καὶ πόσι τοῖσι δὲ γένοιτο
Ὅσσον ἐμοί, τόσσα κτεῖ κύνες καὶ γυπαεῖς ἔδονται*, id est,
— *Vitnam Dīs charus tantum esset,
Quantum mihi, cū cum Canes & Vultures comederent.*

Item vbi de cadaueribus quibusdam loquitur:

— *Ὅ δ' ἐπεὶ γαῖν
Κέατο, γυπαεσσὶν πολλὸ φίλτεροι, ἢ ἀλοχοῖσιν*, id est,
Hi autem in terra iacebant Vulturibus meliores, quàm uxoribus.

Item & alibi, vbi Eumenius de mortuo forsan Vlysse, ait:

*Τὸ δ' ἥδη μέλλουσιν κύνες παῖδες τ' οἶωνο,
Πῶν δ' ἂν ὄρεσιν ἐρυσαι*, id est,
Alius iam debent Canes, velocesq; Vultures

Cutem ab ossibus trahere, vbi Oiuca Vultures vertunt, vt ex paulò antè citato versu etiam & in multis alijs locis videre est, quæ breuitatis causa prætereo, & rectè quidem (alias pro Aquila, etiam accipit, quæ cadauera non tangit) quamuis Aues Iohannes Spondanus traduxerit, nisi Virgilium assecutus sit, qui item Vultures Alites κατ' ἐξοχλὴ vocat, vt hoc loco:

— *Canibus dataprada Latinis
Alitibusq; iacet.* Item alibi:
Alitibus liquere feris Euripides verò:
*Et tabo stuentia mortuorum corpora
Ante ora Palladis
Vulturibus laniata iacent.* Et alibi:
Exponam volueribus escam Vulturibus. Item alibi:
*Pery ego δ' fili, te periment
Gemini correptum Vultures.*

Et ex hisce authoribus etiam Ariostus noster:

*E ch' indi à Lupi, e à gli Auoltoi del loco
Lasciamo i corpi, e la cittade al foco.* Et rursus:
*Poi li pare assai meglio s'apparecchia
Vn pasto à gli Auoltoi di quella carne.* Item alibi:
Pasto da Corni, e di Auoltoi lasciòllo.

Idem Martialis hoc falso in testamentorum captatores disterio innuit:

*Cuius Vulturis hoc erit cadauer?
Si Vultures, cadauer expecta.*

Hoc .n. hominum genus vulgata metaphora Vulturis nomine appellatur, quod senibus orbis ceu cadaueribus inhiēt. Quoniam autem Vulturibus, vt antè dictum, cadaueribus tantum viuere proprium est: itaq; quidam eos ἀψυχὲς ἐμψύχους, id est, animata sepulchra dixēre, Varino teste, quod quem laniarint, deuorantq; ventribus suis tanquam sepulchris condant. Legimus non solum Hesperios populos Barcæos dictos, sed Indos etiam & Caspios corpora defunctorum

rum Vulturibus lanianda obieciſſe. Vnde Diogenes Cynicus ille Philoſophus facetus occaſionem deſumpſit, dum dicere ſolebat: ſi mortui ipſius corpus à Canibus lacerari contingeret, in Hyrcana condendum in ſepultura; ſin à Vulturibus, Barcaæ. Hoc olim Hiſpanis in more fuiſſe etiam Silius Italicus tradit:

Tellure ut perhibent, is mos antiquus Ibera

Ex anima obſcenus conſumit corpora Vultur.

Hoc ſenſu & illi, qui nullo ſepulchri honore digni habentur, utpote qui ob ſcelus commiſſum, aut ſuſpensionem vitam finierunt, aut in crucem ſublatis, aut quavis ratione extremo ſupplicio aſſecti ſunt, aut qui ab hoſte caſi in agro inhumati reliquantur, canibus, Coruis, Vulturibus eſca futuri, ſepulti tamen non omnino ineptè dici poſſunt; quòd eorum ſcilicet, à quibus depaſti ſunt, animalium viſceribus condantur. Ita ſanè Ennius loquitur, cum ait:

Vulturis in ſylvis miſerum mandebat hominem,

Hec quàm crudeli candeat membra ſepulchro.

Pari paſſo Oſtavianus Philippi prælio cuidam ſuppliciter ſepulturam precanti, reſpondit, iam iſtam in Volucrum poteſtate fore. Quemadmodum enim in hiſce regionibus, ſive in crucem aſtorum cadauera, maioris nempe ignominia causa, ſive acie interemptorum propter hoſtile odium, aut aliam quamlibet cauſam, ſine ſepulchro decore à Canibus & Coruis diſcerpuntur, ita in Græcia, ac alijs locis Vulturibus, quorum ibi magna eſt copia, pro pabulo obijci ſolent, uti par in ex allatis authorum (potiſſimum autem Homeri) teſtimonijs, partim ex ſubſequentibus manifeſtum eſt. Diſertum eſt hoc Sibillino carmine:

Corpora Vulturibus linquunt laceranda, ferisq; , Et illo Euripidis:

Exponam volucris eſcam Vulturibus.

In Rhaſo.

Aët. 3.

Ad eundem ſenſum Apulcius, Patibuli cruciatu, inquit, iſc canes & Vultures intima protrahit viſcera. Et Fracaſtorus:

Vulturijq; caput, effuſaq; lumina paſcant

In Aſino.

In cruce ſuſpenſo.

Sed Luciani lepidam de Aſini nece fabulam ad hanc rem condocendum, adferre operæ pretium ducō, cuius hæc ſunt verba, dum ſub interfectoris Aſini perſona loquitur. *Aſinū ſuga virginis miniſtrum & ſociū interficiamus primū, tu ſcindamus ventrē, atque inſeſtinis abiectis, ingolus virginē includamus, ita ut ſolū ſuperexeret caput, ne eneſtigid ſuffocetur: reliquū corpus intra ventrē lateat, quo coſuto ambo, Vulturibus eijciamus nouo more preparatū cibū.* Aduertite queſo ad hoc tormenti genus. Primū viuā mortuo Aſino inhærebit, deinde Sole vrente in eius vētre decoquetur: inſuper fame ad mortem torquetur, neque poterit ſeipſam perimere. Cætera quibus excruciabatur, cum ex putrefacti cadaueris foetore, tū n ex vermibus ſcaturientibus, prætermitto. Vultures denique cadauer depaſti, & viuentem quoque vnā laniabunt. Ad quod Baſtilla Mantuanus reſpexit inquit:

O potius montane trabas mea peſſora Vultur.

Lib. 12. loſeph.

Hæc pertinent etiam Lycophronis iſtæ verba à Joſepho Scaligero Lābico carmine translata: *In Caſſandra.*

Setæ miſeræ apium ſe crux manet,

Vbi numellis membrum incis ferreis

Miſella paſſor compedita brachijs

Morierè, heriles auſa claſſes vrere,

Ad Crathin ciulante queſu Vulturum

Rapina pendens oſcinum voracium.

Non tamen alioquin ſpernit aliorum animalium cadauera, vt ex Iuuenale etiam liquet:

Vultur inmenſo & Canibus, crucibusq; relictis,

Ad ſætus properat, partemq; cadaueris adfers.

Sat. 14.

Funèſta enim Auis vultur eſt, & morticinjs non minus, quàm Coruus delectatur, vnde merito in mundus à Græco vocatus eſt:

Lib. 43. de Venat.

Sunt quibus immundo decerpta Vulture plume:

Valerius Flaccus verò eum dirum appellare non eſt veritus:

Dixit, & de Scopulis mediæ inter pabula diræ Vulturis &c. id eſt, inter cadauera.

Quin etiam veteres Vulture nita abominati ſunt, vt dæmonem mortuos rodentem ei comparauerint, teſte Paulania: *Euryomus Damō, quē mortuorū carnes rodere fingunt, ita ut nihil præter oſſa relinquat, colore pingitur inter caruleū & nigrū, qualis eſt Muſcarū, quæ canibus inſidijs & dentes exoritur, & pellis Vulturis ei ſubſternitur.* Etenim in Auiū tetricarū ac turpiū, inſidijsq; numero cū Strygibus & Harpyjs cenſetur, hiſq; velut ſocia à plerisq; adiungitur, vt Quintiano:

Vultur & inſanæ Strygis omnia, TAXUS & aler

Bubo. &c.

Lib. 1. A-
mor.

Et Quidio, dum arbore, ex qua tabellæ tristes factæ erant, detestator:

Ille dedit turpes rancis Bubonibus umbras,

Vulturis in rancis, & Strigis oua tulit.

quia nempe haud aliter atque Striges & Harpyiæ immundus sit, & contactu omnia defœdare, atque insuper insatiabilis sit voracitatis. Quare Harpyiæ Vulturum corporibus præditas fuisse fabulantur; & quemadmodum iustitiam in læ, ac in maledictis habebantur, ita & qui ignominiosam alicui mortem imprecari volebant, Vulturibus se illum tradituros dicebant, eodẽ quo Corui, nomine odiosis. Huiusmodi est illa apud Fracastorium Iosephi imprecatio:

Post obitum tibi sit tormentum Vulturis atris.

In Quæst.
Rom.

Inter hos est Herodotus Ponticus, qui, teste Plutarcho, asserit Vulturem animantium nullum persequi aut attingere, & sui generis volucres, ne mortuas quidem degustare. Quinetiam his quæ ad vsum ac alimoniam hominis feruntur ac plantantur, omnibus abstinere, adeoq; animal esse Vulturem tradunt, si quod aliud, innoxium. Sed cum his è diametro pugnat cum veterum complurium auctoritates, tum rei ipsius, quam neoterici adferunt, experientia. Qui non solum cadauera animantium aliorum, sed & volucrem, imò verò viuas cum volucres, tum quadrupedes maiores etiam, & acriter persequi, & rapere Vultures testantur. Quod enim satis parcere dicitur, nihil mirum, cum & cum reliquis rapacibus ei hoc commune est. Primum locum testimonio Homeri ob antiquitatem & auctoritatem grauissimam meritò dabimus, qui ait:

Equis tuus tanquam Vultur in aspers.

Odyss. A.

Idem indicat, quam idẽ author tradidit, Titij fabula, cuius viscera, seu hepar perpetuò renascens ac sibi suis repullulans corrodi & absumi Vultures scribuntur. Hinc etiam viuis perenne tormentum imprecandi formula nata est, qualis apud Pontanum:

In tuam mansurus ingret præcordia Vultur.

Lib. 2. de
Anib. c. 23.

Orus quoque Apollo infesto animo cætera persequi atque interimere Vulturem tradit animalia, Bellonius crebros in Cretæ montibus Vultures esse, ibiq; rapere Agnos, Hædos, Lepores, quos præsertim sub dio deprehenderint, asserit. In altissimis etiam Heluetiorum montibus, vt in Ammano prope lacum Ruarium Agnos à Vulturibus rapi Ornithologus testis est: alibi etiam Lepores (vnde nimirum Germani Hälengyr, id est, Leporum quoddam eorum genus appellarunt) nec non hinnulos Ceruorũ, Caprarumq; & alia animalia infirma, vel nondum adulta. In Chyle India, quam vocant, Occidentalis, provincia Vultures sunt, qui Pecudes venantur, ac diuasiunt, ob pastorum, custodumq; incuriam, vt Mandes Hispanus author est. Vnde & rapax Vultur plurimis apud auctores locis dicitur, quos si propriè locutos putamus, ideo ita vocallè existimare debemus, quòd viua animalia prædarentur. Rapere enim violentiam quandam includit, & rapiuntur, quæ restituntur, ac fugiunt. Quorum nihil cadaueribus congruit, quæ quodcumq; libitum est, sine vi aut molestia vlla asportat, potius quam rapit, nemine reluctantè. Hinc Baptista Mantuanus nunc rapacem:

— Vulturq; rapax & odora Canum vis:

L. 3. troph.
Gonz.

nunc præagnem eum vocat:

Quæ comprensa semel curnos si euaseris ungues;

Vulturis, effugiem quoties prædonis & ora

Videris, antiqua redit in uestigia cura.

Sanguinari
Vultures
qui.

Genus etiam quoddam Vulturum sanguinarum vocatur, quod alio nomine Torgos dicitur, haud dubiè, quòd sanguine & cæde gaudeat, quòd hæmorrhophum, id est, sanguisorbũ ideo Græci vocant. Viuas volucres insectant, & eisdem terrori esse eiminius visos Vultures, alibi idẽ Poëta inuit:

Torgos.
Hæmator-
rhophi Vul-
tures.
L. 5. Age-
lar.

— Ast ubi mox proceva apparuit hastæ

In mucrone capiti, non strig; immanis imago est

Visa procul, tanquam volucres, cum Vulture viso

Diffugiunt, magno Mauri dant terga tumultu.

Sed omnes hosce auctores, qui locis à nobis adductis prima fronte sibi mutuo conradicere videntur, certè nullius negotij erit conciliare, si Vultures ab inuicem distinguamus. Eos enim qui legitimi sunt, & nulla cum Aquilis, Olfrahis, Accipitribusq; cognatione coniuncti, nec spurij, aut qui saltem ad Vulturum propius, quam ad vltius alterius Aus naturam accedunt, procul dubiò est ex eorundem indole maximè participare, nec non cadaueribus tantum famem explere, atque à viuorum raptu abstinere. Hi verò quibus fortè præter nomen nihil restat Vulturinum, quibulq; sanguinis vinculum, ob diuersi generis parentes, strictissimum cum Aquilis Olfrahis, alijusq; intercedit, omnia animalia, quæ diximus, eaq; viua adoriuntur, capiunt,

piunt, occidunt, deuorant. Sic Vultur aureus Heluetijs dictus, item Leporarius à Leporū rapto cognominatus, qui Aquilis aliquotab Aristotele positus & generosiores, & bellicosiores sunt, ingenio planè feroci ac Aquilino, quod ex prædominantis indolis præscripto habent, venatum exercent. Cæterum Albertus Vulturem scribit venari à meridie vsque ad noctem, & ab ortu solis vsque ad illud tempus quiescere; moriq; inedia, rostro in vltimo senio ad nimiam aduncitatem procreſcente, volandiq; viribus deficiente; quod latroni etiam tandem euenire fabulæ tradunt, qui in Vulturem mutatus dicitur. Commune item huic Aui est eodem teste, vt & omnibus ferè Aquilis, venari in locis longè à nidis suis distantibus. Sed hæc ab Aquilis mutata potius, & ad Vultures transducta esse quispiam non immeritò censeat, vt etiam alia, vt vbi de pugna animalium pro cibo & pullis scribit, Vulturem testatur peculiariter quoddam animal quod Græcis Arodyceum, Latinis Ardolatam (neutrum nomen mihi cognitum est) interimere testatur. Item & binas tradit esse Aues, quæ itidem cum Vulture inimicitias gerant, vnam Psitaci Græcè, Latine Camulgum dictam, hanc quòd oua eius frangat, deuorare illam Prece Troylon Græcè, Latine Trochilum dicit, sed hanc Auiculam (modò ille hanc intelligat, vt corruptum Græcum nomen Prece, *πρίσβης*; enim quandoq; Aristoteli dicitur, indicare videtur) nos ex Philosopho cum Aquila pugnare antea diximus, atque ipsemet Albertus postea asseruit, sed velut sui oblitus Derecolin vocari ait, voce meo in licio corrupta à rege, quo nomine ea Auicula etiam venit. Camulgum verò esse Caprimulgum esse puto, vt ex illius verbis colligo, nam & hanc cum Vulture pugnare tradit sequenti deinde capite. Vbi etiam nescio quem *uovermem* serpentinum Vulturem aliquando superare memorat. Ad hæc Auem acutissimi alioqui visus, de die tamen non apparentem dici Coky n., & cum Vulture pugnare testatur; necnon & Aristotelem ausus fuit accusare mendacij, quòd Vulturem cum Dracone dissidere scripſisset, quod tamen apud Aristotelem neq; in hi, neq; alijs (ni fallor) legere contigit. Mergus autem à Vulturibus non aliter, quàm ab Haliæto sibi metuit, quem cū n videt, in aquis se submergit. Pugnare item Vultures, vt & aliæ Aues propter habitationem, victum & pullos, vt Albertus quoq; alibi prodidit. Quare & Vultures sibi inuicem inimici sunt.

Lib. 8. c. 5.

Latro in Vulturem mutatus.

Lib. 8. ca. 2. tracta. 1. de Animal. Camulgus.

Lib. 8. ca. 3. tracta. 2. de Caprimulgus.

Mergus à Vulture sibi metuit.

ANIMI MORES.

INDOLEM Vulturis atq; mores exposaturi, ead è, qua paulò antè, methodo vtetur & similem superioribus nodum dilucidabimus. Quidam enim Vultures audaces faciunt, alij timidos & imbelles. Audaces esse declarat Baptista Mantuanus, dum Auiculis minoribus parcentes, & magnas tantummodo inuadentes, quales sunt Olores, introducit, vbi ait:

*Flebat, vt inuadi cernens à Vulture nidos
Lactenteis imbellis Olor, predator aduncis
Vnguibus, & duro discepsit viscera rostro.
Si placeat aut laqueus volucrum vel fallere visco
Aut alijs petere inlidjs, vt ab athena lapsus
Fulminis instat, auem feriat pede pretore & ore
Vultur, &c.*

Item alibi:

L. 2. Parth.

Lib. 2. Sylu.

Imbelles verò vocat Q. Calabar inquit: imbellibus Vulturibus similes gradum sistere non audebunt, quos in fugam egit Aquila Auium præstantissima. Illud quod à Bapt. Mantuano Vulturi attribuitur, illi competit, qui hybris est, altero scilicet parente nobili, nimirum Aquila, altero ignobili nato, nempe Vulture. At ignauum esse ac meticulosum, cui nihil neq; in generatione, neq; ingenio cum Aquila est commune, legitimo scilicet Vulturi ascribendum est. Pietatem Vulturum in parentes, quam *ἀντιπαραρρηγία* ab insigni Ciconiarum gratitudine vocant differentissimus nostræ ætatis vates celebrat hoc versu:

*Patrem senio iam gelidam, situq; fractum,
Nudo capitis caluissio, atq; glabritate
Ecce reficit munere Vultur africanus
Hoc idem grata Ciconia &c.*

Lib. 3. Parthalip.

Pietas Vulturis in parentes.

Libidine ingenti ætate scribitur, adeò vt vel sola nonnunquam Veneris vehementi imaginatione à quibuscumque concipere putetur. Quæ res fabulæ illi originem fortasse dedit, quòd absq; maris opera, solius Fauonij cura, vteris excepta oua non solum in subuentanea, sed & fructus pariant. Sed hoc naturæ ac veritati repugnare superius docuimus.

Libido, Conceptio.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

*Aceto Pul-
turi inimi-
cus & cur.
9. lib. c. 1.*

*Vulture pu-
gnat eum
Aquila.
Lib. 14. Hist.
cap. 14.*

*Columbe
Vultures &
Aquilas nō
merunt.
Vulture pe-
culiare dele-
ctari putri-
dis.*

*In Geoponi-
cis.
In mirabi-
libus.*

*Lib. 1. d. 1
caus Plant.
Lib. 12. c. 53.
Rose nomi-
ne quid Pli-
nius signific-
tur.*

*Lib. 2. de
1 et agos.
Vulturis ini-
micitia cū
malo Puni-
co.*

*Lib. 6. de
Ani. c. 46.
Lib. 20. c. 5.*

VULTUR et si innoxius ac innocens à quibusdā putatus est, hoste tamen nō caret. Etenim cum Acalone in primis inimicitias habet, ut scriptum reliquit Aristoteles, qui causam assignat, quia vngues utriq; adfici sunt. Quinetiam eodem autore Vultures & Aquilæ pugnant. Ex quo solo minimè timidos & imbelles esse faciliè cognoscere possumus. Verùm ad tam arduos conatus nō solum sui roboris, cuius libi est conficius, confidentia, sed in natum quoddam odiū ipsos impellit, cuius impetu incitus etiam Scarabæus Aquilam persequi audet, & ledere. Eius verò rei Albertus testem citat Aristoteleſē, in quo tamē nihil tale reperias, sed benè apud Avicennam, eiusq; interpretem, qui Vulturem cum Aquila sepe cōfundit. Gyllius pro magno habet, quòd Accipitres Aves pugnacissimæ cum Vulture manus conferere audeant, dicens: *Iussie magnitudinis Accipitres & integræ ætatis sœpenuimè etiā cōtra Aquilas & Vultures pugnare aiunt.* In Columbas tamen mitiores non admodū sequi videntur, si Aeliano credimus: *Et angorem, inquit, quidē aut Aquilarum, aut Vulturum faciliè Columba spernunt, non item Circi aut Aquilæ marina.* Hoc in Vulture peculiare, ac mirum est, putidis affici, suauē olētia auersari. Quemadmodum n. cadaverum odore & pastu mirum in modum capitur, ita ab vnguentis tantoperè abhorret, ut tradente Oppiano, ne armenta quidem mortua, quorum car- nes vnguento illite fuerint, attingat. Rationem reddit Aristoteles, ubi inquit: *Animal nullū suū odore per se delectari videtur, nisi quatenus is cibo coniungi tur, quadam etiam offenduntur, si verum est, quod de Vulturibus & Scarabæis fertur.* Noxa autem, quam percipiunt, quēq; eos fugat, tanta esse dicitur, ut idē alibi scribat, *Vultures odore vnguentorū perire, si quis cibū vel inuenerit, vel illiūm obtrulerit.* Idē asserit Theophrastus præceptorī suo suffragatus, cū ait: *Animalia quædā ab his, quæ nobis suauissimè olent, perimuntur, cum Vultures ab vnguentis, & Canibari à rosæ.* Cōfirmant idē Zoroastres & Aelianus pluribus locis. Plinius verò, *Vultures, inquit, vnguentis qui fugantur, alios appetunt odores, Scarabæi Rosæ.* Is exitium ipsis ab vnguentis odoratis adferri non refert; sed tantūm abhorre & auersari odorata quævis indicat. Rosam autem hoc loco apud Plinium pro vnguento rosaceo accipi existimo, ut Celso etiam alicubi. Quod etiam ex Clemente licet colligere; ubi inquit: *Ὁ γούρας καὶ καὶ θάποιος πόδιω χροῖντες μύσθ τελευτῶν ἀγύονται,* id est, *Vultures & Scarabæi thodino vnguento mori ceciderunt;* quibus verbis etiam eorum fauet opinio, qui vnguentorū odore interne Vulturem dixerunt. Neq; cum myrrificis ac odoratis solum maximum ipsi intercedit à natura dissidium, sed etiam cum grano mali Punici, si verūm est, quod Aelianus dicit, nempe *Vultures & alias quasdam Aves malis Punici grano perire.* Plinius semine Sileris Cretici Vultures oblectari dixit.

CORPORIS AFFECTVS.

*Vultur ob-
structione
laboras quō
sibi medea-
tur.*

*L. de remed.
Accip.
Lib. 1. Hist.
cap. 3.
C. 1. Sese-
li Creticam
querunt &
cur.*

*Pediculi
Vulturis de-
uenerosi,
eorum for-
ma.
Dedi pedicu-
li nomen.*

HABET præterea, Vultur & alia in cōmoda præter ea, quæ ab vnguentis ipsi oblati imminēt. Nā & morbis obnoxius est, quos natura ducē tibi ipse medicus, nō minūs quā alie plurimæ Aves propellit. Tradunt Rafis & Albertus magnus, hepatis dolore aliquando vulturem affici, (qui forte propter obstructionē visceris aut inflammationem ex nimia voracitate contrahē omni potest), cū itaq; hoc affectu laborat, tū Aves magnas venari, & hepatis earum deuorare solet pro medicamine. Quod quidem eius institutum non admodum à Medicorum placitis alienū est, qui similibus similia conseruari docent. In eundem fortasse vltim, nempe ut hepatis sacūs expediat, Seseleos Cretici, ut testis est Plinius, semen esse dicitur. Hoc Gyponomon Demetrius Constantinopolitanus idē vocat proculdubio, quod à sō Vulturibus deuoretur, non tamen quia id in cibum quærat (paucissimi enim aut nullus est nutrimenti), & carnis viuant rapacia, & leguminibus abhorrent, ut tradit Aristoteles) sed quod in eo medelam sui mali naturæ instinctu agnoscant repositam. Cuius quoque herbe insignem in liberandis ab obstructione membrīs efficaciam Ceruæ non ignorant, ut quæ eandem à partu, quo facilius à lochijs expurgentur, depascentes, non eius vltim docuerunt.

Sed & Pediculis infestatur Vultur, quantum ex Avicenna colligimus, qui eius mentionem facit multis in locis. Hoc insectū aiunt esse venenosum, simile pediculo paruo, vel ei qui in sanguine nascitur, cuius Perticū nomen Dedi esse volunt. Alij alijs, sed ab hac voce corruptis nuncupant,

cupant, vocabulis Indica nomina sunt Meluke, Tagomus, Ragarius, vt vult Matthias Syluaticus. Est quoque apud eosdem barbaros dictio Tafatis vel Tafaris pro Vulturis pediculo in vsu, de quo in historia Insectorum, Deo dante, aliquando plura dicturi sumus; sed de eius curatione plura videre licet, cui lubet, apud Auicennam, eiusque commentatorem Gentilem.

*Meluke.
Tagomus.
Ragarius.
Tafatis.
Tract. 5.
cap. 12.*

Æ T A S.

VLTVRES D. Ambrosius existimat, quod absq; coitu nascantur, nec eo vtantur, alijs diutius viuere, & plurimum superesse æui, adeo vt ad ceterisimum annum vitæ eorum series producatur. Idem Isidorus, sed ex aliorum sententia astruit. Id annorum spatium cum Vulturibus congruit. Itaq; Aegyptij humanæ ætatis curriculum huius volucris imagine indicabant, rationem huiusce vitæ nostræ diuturnitatis non illepidam quidem, sed fabellæ similissimam commenti. Hi singulo quoq; anno ad drachmam vnā ab ipso vitæ primordio nostrum cor dixerunt accrescere, donec ad annum vsque quinquagesimū peruentum fuerit, in quo apicem quodammodo constituunt ætatis ac statum, abhinc per annos totidem alios decrescere eodem modulo, quo ad illud vsque tempus adauctum fuerat, hominemq; tunc deficere, cum ad duas drachmas cor ipsum redactum fuerit. Ita demum vitam humanam centum annis, vt plurimum circumscribi, nisi aut negligenter aut intemperanter acta ipsa sibi meret, in morē Tyndi, incommoda comparari, seq; parte aliqua fraudauerit. Cor enim affectum iniuria, & tranquillitate sua defraudatum, pro molestiarum portione properantiùs flacceffit ac deficit. Sanè hoc elegans magis, quam verum humani cui & accrementi & decrementi causa cōmentū est.

*Lib. 5. Herodotus, c. 20.
Lib. 12.
Orig. c. 7.
Vultur ætatis humanæ Hieroglyphicum.
Fabula de accrementis cordis Vulturini.*

COGNOMINATA.

QVONIAM hæc Auis cadauera, eaq; tabida summopere affectat, propterea caudicos, & oratores forenses, quod eis (vt Columella dixit grauissimè) concessum sit in medio foro latrocinium, Apuleius probrofo nomine Vulturios nominauit.

Causidici Vultures dicti.

Quemadmodum M. Tullius Vulturios paludatos appellauit Gabinium & Pisonem Imperatores, qui tam auidè lucro inhiant, vt pretio nundinarentur omnia. Idem Cicero alibi Pisoni ab Auis rapacitate sumpta analogia, Vulturij cognomen dedit, rapacem esse indicans his verbis: *Appellatus est hic Vulturius illius provincia, si Djs places, imperator.* Ex quibus provinciam expilasse eum ac spoliasse innuit.

Lib. 10. de Asina aureo. Togatij Vultures.

Porro eadem ratione salibus suis Plautus inseruit Vulturios pro talis. Vt enim Vultures rapto viuunt, compari modo & tali adeo voraces sunt, vt aleatorem ex toto spolient, vt non incitè Cælius Rhodoginus exponit.

Pro Sextio. Vulturij Paludati.

Captores quoq; testamentorum Vulturios dici non solum Seneca, sed & Catullus hoc versiculo indicauit:

In circulo. Lib. 4. l. 1. Antiqu. c. 18.

Suscipias à cano Vulturium capite.

Lib. 15. Epistol. 96.

DENOMINATA.

Vulturinus ventus.

VLTVRNVS ventus, qui ab Oriente spirat hyberno, vt ait Plinius, dictus à Vulturis volatu, quoniam aliter resonat, vt quidam volunt: Græci Euronotum vocant, quod inter Notum & Eurum sit. Authore Gellio tres sunt venti Orientales, Aquilo, Vultur-

Euronotus.

Lib. 2. Noct. Attic. c. 22.

Vulturium oppidum.

Castello almar di Bormo.

Vulturium, Vulturaria. Lib. 3. c. 1. Vulturinus fluvius. Aeneid. 7.

sonus, Eurus, quorum medius Euronotus est, seu Vulturinus. Nomen quoq; dedisse videtur Vultur oppido, quod *ἑλκτρων* Ptolomæo, Vulturum Plinio, Licio, Melæ, Frontino, & Varro dicitur, eratq; Romana Colonia in Campania. A' Leandro Castello al mar di Bormo hodiè vocatur. Vulturinū per o scribit Varro, vti etiam Ptolomæus Blondus: Vulturariam vocat.

Vulturinus præterea Plinio & Virgilio eiusdem Campaniæ fluiuium significat, qui iuxta Camas in mare labitur, vt annotat Seruius in eum locum Virgilij.

Amnisq; vadose accola Vulturini &c.

Vulturium
mare.
Natarone.
Li. 5. Geog.
Vulturium
oppidum.
Lib. 4.
Vulturum
Dea.
Lib. 4. de
ling. lat.
Vulturium
vicus.
In Ligur.
Vulturina
lia festa.
Vulturius
Subvultu-
rius.
In Rudente.

Vn te Vulturum mare habet etiam Plinius ad eiusdem fluminis ostium. Natarone recentiore vocabulo dici scribit Leander. Attamen Vulturno eum etiam hodiè vocant accolæ. Huius Suetonius & Strabo mentionem faciunt.

Vulturum Hermaeorum oppidum teste Liuij. Nam & Valturna, cuius non semel idè meminuit, celebris Hermaiorum Dea fuit, quamvis Varro hanc vocem à *Samnio ortam nihil ad latinam pertinere* dicat, *at quod proximum*, inquit, *oppidum ab eo secundum mare Vulturium*. Ad nos iam vocabulum latinum venit.

Est & Vulturum vicus in Liguria, teste Blondo, quem Cherusa torrens perfluit.

Festa quoq; antiquis Romanis quædam fuerunt Vulturialis, quæ Varrone teste celebrabantur sexto Calendas Septembris. Et Vulturialis Vulturini Dei flamen Varroni quoq; dicitur, cuius cognominis origo latet.

A Vulture Vulturinus adiectiuum derivatur, id quod est Vulturis, denotans. Vti etiam Subvulturius, quo Plautus vult: *Eia corpus cuiusmodi Subvulturino? illud quidem subaquilum volui dicere*. Grammatici interpretantur, rapiens ad se homines. Budeus vbi de *καρποφόρος* loquitur, eos ait esse, cuiusmodi sunt apud nos hodiè Vulturij illi *καρποφόροι*, id est, tintinabula gestantes, quos antea bulbatores atratos latine appellare possumus, & ferales præcones: quorum omnium vota sunt eadem quæ Orci. Alij verò aliter accipient vocem *καρποφόρος* pro eo nempe, qui nolam fert, vt is qui in excubijs castra circumiens nolam ferebat, eamq; pulsans explorabat, an ij quorum erat excubias agere, dormirent necne: ad nolæ enim pulsam respondere & vigilantiæ suæ testimonium voce edere oportebat.

Gyponomos
herba.

Gyponomos herba Græcis est, quam quidam Sefli Creticum, alij Massiliense dicunt, à Vulturum passu vocata, ad quam ægri forsitan confugiunt.

Citra montes, qui Italiâ diuidunt à Germania inter multa ac diuersi generis balnea temperatæ qualitatæ aliqua habentur. Sulphurea autem sunt in Helueticis quædam, quæ à Vulturibus patrio nomine, vt refert Doctissimus mihiq; amicissimus Andreas Baccius, cognominantur.

Γυπαρία appellatur latibula seu spelunca, fortassis quod Vultures vt suo loco diximus, in excelssissimis rupibus nidificent. Gaza alibi *γυπαριον* tigurum & speluncam appellat, sed fortè ea vox corruptè scripta est pro *γυπαριον*.

VSVS IN SACRIS.

Isidis Ra-
tra corona-
ta pemis
Vulturis.
Lib. 10. de
Anim. c. 22

AEGYPTII superstitioni certè sacrorum cultores statuam Isidis, quæ ipsis instar omnium, quæ apud Græcos & Romanos fuerunt, dearum erat, Vulturinis plumis coronabant. Eiusmodi. n. volucres lunoni sacras putabant, earumq; pennis non Isidis tantum caput, sed & fastigia vestibulorum ornabant, vt Aelianus tradit. Quemadmodum nunc viris militariibus mos est ornatus gratia in capite aliarum Auium, vt Struthiocameli, Ardeæ, & similibus plumas gestare.

Marti quoque sacros censuit Vultures veterum auctoritas, vt scribit Pharnurus, quoniam plurimi videantur, vbi sint *Αἰμάτια πολλά ἀπὶ ἱεράτα*.

AUGURIA.

In quæst.
Rom. & in
vita Romu-
li.

VLTUR Festo inter volucres præpetes recensetur: *Aues*, inquit, *volatu auspicia facientes sunt Buteo, Sanqualis, Immussulus, qui est pullus Vulturis, Aquila, & Vulturinus*. Erat autem maximus in augurijs apud Romanos vltus. Cuius reirationem inuestigans curiosè admodum Plutarchus ita scribit: *Quid est, quod ætiani Vulturibus ad auguria maxime vtiuntur? An quia etiam Romulo urbem condenti auodecim apparere? Vel quoniam Auium omnium hæc minime frequens, & consueta homini est? neq; enim quisquam in Vulturis nidum facile incidit. De repente enim & inopinato aduolant altitudo è longinquo: quo fit, vt eorum aspectus semper altus significet. An vel hoc etiam ab Hercule didicerunt? siquidem omnium maximè, si verè dicit Herodotus, Vulturibus gaudet Hercules, qui circa rerum gerendarum principia comparuissent, vt qui Vulturem inter cunctas carniuoras Aues iustissimam existimaret. Primum enim nullum animal viuum attingit, neq; animalium ullum interimit, quod Aquila accipitres, atq; nocturna Aues faciunt. Sed eximèis tantum corporibus pascitur: & inter ea etiâ suo generi parcat. Nunquid. n. volucres aliquâ gustare visus est Vultur, cū Aquila & accipitres cognatas maximè Aues persequantur & seriant. Atqui iuxta Aeschylū Auis Auem deuorans putari esse non potest. Deinde et hominibus ferè non nocet, cū neq; fruges consumat aus valet, neq; stirpes aut ani-*
manes

mentes mansue lasciat. Quod si, ut Aegyptij fabulantur, omne genus eorū semineū est, & hanc lo Subsolani flauis concipiūt, ut arbores Fauonio, prorsus firma, certaq; ab eis signa posse colligi prehabile est, cū in ceteris Auiibus ex libidininis motu, rapinis fugis & persecutionib; magnā turbationē & inconstantiā oboriri necesse sit: Haecenus ergo Plutar. Quod Lucanus quoq; tetigit iniquiens.

Vulturus ut primum leno fundata volatur.

Item & Statius:

Non venit augurijs melior quam Vultur.

Veruntamen inauspicatus, malūq; ominis Vulturum visus ferē habitus Romanis fuit; & Aristoteles ac Plinius eorum conspectum semper in malum retulerunt. Vnde etiam est, quod Plutarchus Vulturem Auem in augurio dicere infelicissimam. Quod adductis, quae subsequantur 10 exemplis manifestum euadet, item & exitio Senecae:

Hic Vultur, illic latetifer Bubo gemit.

Vulturem in aedem Iouis aut Deorum inuolasse, prodigij, malūq; auspicij loco receptum est.

Liuius quoq; Vulturem frequenti foro in tabernaculum deuolasse tradit. Et Dion testatur complures Vultures in templo Genij P. R. ac Concordiae infedis, eoq; tempore caedes illas, quales olim Sylla in proscriptione vni fuerat, editas fuisse totamq; Urbē cadaueribus impletā.

P. Crasso, & Q. Scaeuola Coss. ut narrat Iulius Obsequens, Vultures Canem mortuum latrantes, occisi & comesti sunt ab alijs Vulturibus. Similiter eodem teste L. Sylla & Q. Pompeio Coss. Stratopedo, vbi senatus haberi solet, Corui Vulturem tundendo rostris occiderunt.

Dario Accipitres visi, duo Vulturū paria vellicantes omen fuere, quod ē coniuratis sumpto 10 supplicio haud multo post Persarum regno positurus esset. Et hoc quidem coniurationis cōsicijs bus infustum erat, et si Regi felix fuisse videatur, ad quem Accipitrum auspiciū propriē spectabat. quid portē-

Vultures praeterea Aquilarum implumes fecerunt occidisse, nidosq; euertere, ipsosq; à pastu pedibus & rostro abegisse; Tarquinio Superbo exilium, & regni amissionem, quae mox secuta 15 sunt, portenderunt.

Tradunt insuper ingruentis mali certissimum praesagium haberi, si exercitum Vultures insequerentur; imò vbi cumq; Auium quarumvis, quae cadaueribus vescuntur, ut sunt Vultures, Corui, Cornices, aliaeq; eiusmodi agmen apparuerit, & per aliquot dies ibi permanerint, id futuri excidij signum esse omnes consentiunt, ut Augustinus Niphus testatur. Item D. Ambrosius 20 affirmat scribere in hac verba: Solē Vultures mortem hominis quibusdam signis annunciare. Cū quidam lacrimabile bellum acies inter se instruant, multo Vultures sequantur agmine, & eo significat, quod multa hominum multitudo bello casura sit, futura praeda Vulturibus. Iulius Obsequens pro malo augurio recenset, quod Vulturū & aliarum Alitum, quibus strages cadauerū pabulo est, ingēs, vis ad exercitū aduolarit. Imò Vmbritius haruspex, teste Plinio, biduo triduoque antē eo 30 volare tradit, vbi cadauera futura sunt. Hoc quidē (inquit Niphus) experientia constat, & in excidio Troianorū ita accidisse meminit Aristoteles. Idē innuit Plautus, cū de helluonibus quibusdam cōcipietis Dynarchi loquitur: Iam quasi Vulturij triduo prius praedumna bant, quo diē esuri- 35 turū sēt. Dion vbi de prodigijs agit, quae Philippensē pugna praecessere, & quod maxime, inquit, permittit eis significauit, ita ut hostes quoq; id animaduertent, multi Vultures, aliaeq; Aues, quae cadaueribus pascuntur super solos ipsos (exercitum scilicet Cassij & Bruti) volauere inconstanti 40 sunt, & terribilem clangorem & strepitum ediderunt. Vnde limitē significaturi Aegyptij Vulture pingunt, ut ex Oro constat, quod cū belli conficiendi tempus instat, locum, vbi committenda sit pugna, septem antē diebus, quod maius est, ad eum accedens praefiniat & circumscribat. Praesagium quoque demonstrat, quod eandem ob causam, cū etiam quod ad eam exercitus partem sese conuertere soleat, vbi maior clades futura sit, inde futurum sibi ex cadaueribus alimentum prouidē cognoscens. Vnde & prisci reges, ut idē Orus & Aelianus tradunt exploratores mittebant, per quos in vtram aciei partem respexissent Vultures, cognoscerent, indeq; vincendo ne sese, an victuros fore colligerent. Huius quidem ex Vulturum praesentione 45 augurijs rationem scrutari difficillimum censuit Albertus. Ex istellorum occultiore potestate fieri collibet credere, inquit Caelius Rhodoginus. Apud gentes regni Pegū pessimum omen cen- 50 setur, si Vulturem viderent, & propterea caute les foribus adponunt, qui eos eiciant.

Quamuis autem infelicis augurijs veteribus plerumq; habitum fuisse conspectam Vulturum supra ex nonnullis diximus, & exemplis probauimus, nihilominus tamen & prospera auguria maximi sanē momenti & summis tantū Imperatoribus Romanis tribus, nempe Romulo Imperij conditori, Iulio Caesari primo Imperatori, & Augusto Vrbis, imperijq; restauratori, attulisse legimus. Romulus enim & Remus Urbem condituri, cū de loco per eius eligendo 55 litem inter se ab Auiibus interdicti cuperent, diuersa ad augurandum loca ceperunt. Prius Remo in augurio venisse ferunt sex Vultures, cū duplex numerus se Romulo ostendisset. Sed dicitur à quibusdam verē Remum vidiisse, Romulum verō id esse ementum; sed cū accessisset 60

Li. 3. de bel. ciuil.

Vultur inauspicati augurijs.

In Symb.

Tyrbag.

In Hercule

furente.

Li. 7. de bel.

Punic.

Li. 47. Hist.

Rom.

Li. de Prodig.

Vultures ab

Accipitri-

bus occisi

dant.

Tarquinijs

Supbi exiit.

portentum.

Lib. de Au-

gurijs.

Lib. 5. He-

xam. c. 23.

Li. 10. c. 7.

In Augur.

In Truc-

lento.

Bruti, &

Cassij exi-

tium.

Vultur pro

limice pi-

ctus.

Li. 1. Hiero-

gly.

Praesagium

cladis.

Lib. 8. Ant.

le 6. 8.

Romuli &

Remi augu-

rium in co-

dentia Vrbis.

Remus, tunc Romulo duodecim apparuisse; indeq; mansisse morem Romanis ex Vulture augurandi. Quod autem duodecim Vultures auspicii felicitatem Romulo prænotarint, cum hi-

In Annali-
bus.

*Certabant urbem, Romam Remanne vocarent,
Omnibus cura viris vter esses Induperator,
Es simul ex alto longè pulcherrima præpes
Lana volavit Ausis; simul aureus exoritur sol:
Cedunt ter quatuor de cælo corpora sancta
Animum præpetibus sese pulchrisq; locis dant.*

Li. 1. Age- Idem quoque augurium Baptista Mantuanus hisce versibus expressit:
lavior.

*Martigina fratres facturi nomina Romæ,
Consuluisse Deos gentis de more feruntur,
Templeq; metati ter sex vidisse volucres
Carniuoras, oculis solitas occurrere varo,
Mole graui sardas, prolem sine patre ferentes,
Longaq; iradentes in feram sacula mortem,
Nomen aui Vultur, nidi cui tercia semper
Pars perit, & natis fatali contenta duobus.
Rupibus in summis parit, & præsaga futura
Cadis adit tepido spargendas sanguine terras.
Ille facer numerus portendere creditur annos
Vrbis.*

Lib. Antiq.
Lib. 16. de
bonæ disci-
pli. c. 3.

Quæ omnia fortasse Poëta hic ex Terentio Varrone transtulerit, qui vt refert Petrus Crinitus, fuisse Romæ Vedium in augurandi disciplina nobilissimum scribit, eumq; affirmasse futurum Romani imperij terminum post M. CC. annos; si modo, inquit, verum foret, quod in annalibus historijsq; Romanis tradatur de duodecim Vulturibus, quos Poëta Ennius corpora sancta appellat. Sic autem Varro: si verum est, quod de Romuli augurio traditum in condenda Vrbe, deq; XII. Vulturibus, ad M. CC. annos Romanus populus perueniet, cum CXX. ann. incolumis præterisset. Qua in re factum est quidem iudicium, ex numero alitum, vt singuli Vultures centenos annos portenderent. Cenforinus verò in perquirendis veterum monumentis vir diligens, & qui M. anno ab vrbe condita vixit, minimè ad suum iudicium pertinere asseruit, hoc ipsum diiudicare, ne in re parum comperta minus prudenter posteritati faceret imposturam, quod his ferè hominibus accidit, qui maiore studio, quàm consilio fortunæ aleam pensant, temporumq; varietatem considerant. Caterùm tali sententiæ Vedij videtur annorum numerus conuenire; Siquidem CC. annis post Cenforinum adiectis, imperantibus Constantijs, Romana illa dignitas consumpta est, quæ Italiæ fines egressa, Bylantium se recepit: Nam ingruentibus in Italiam Hunnis, Vandalisq; & Gotthis maximè sub Athalarico, qui Vrbem ante Genericum annis XLIII. inuaserat Imperatore Romano incolumi, etsi non extinctum planè, attritum tamen valdè Imperium fuit, & Stiliconis Ducis contra Athalaricum victoria vicunque conseruatum, cuius Claudianus meminit hisce versibus:

Lib. 14.

*Sed malus interpret rerum metus omne trahetas
Augurium peiore via, truncataq; membra
Nutricemq; Lupam Romæ, regnoq; minari
Tunc reputant annos, interceptosq; volatu
Vulturis, incidunt prosperas sæcula metis.*

Lib. 16.

Omnem verò maiestatem simul cum nomine tum amisit, & prorsus pessum ijt Imperium, cum vt scribit Paulus Diaconus in his, quæ Eutropio addidit, & vt Orosius quoque testatur, Adouacer cum fortissima Herulorum manu Italiam irrupit, cuius nuncij terrore perculsus Augustulus purpuram sponte deposuit. Ita condita Vrbis anno millesimo ducentesimo vigesimo nono Occidentis Imperium finitum est, anno ab incarnatione verbis quadringentesimo quinto, In augurium hoc inuectus Prudentius, illiusq; fallitatem arguens hunc in modum canit:

In Romano.
Cur Vultur
centum an-
nos signifi-
carit.

*Antiquitatem Romuli, & Manotiam
Lupam venarras primum, & omen Vulturum:
Si res nouellas respicis, nō tam recens
Vix mille fastis implet hanc ætatem
Cursus dictum conditore ab augure &c.*

Caterùm quod Vultur vnus annos centum significasse existimetur in auspicio Romuli, inde forsitan sumptum est, quod vita singulorum centesimū ferè annum attingere putatur. Quan-
quam

quam Aegyptij Vulture picto annum vnum duntaxat significant, quod annum totum hæc alis in conceptu, in partu, in incubatu ouorum & pullorum educatione cōsumat. Fauſti huius quod Romulo apparuit, auspicii Aelian, meminit his verbis: *Romulus in Palatino colle ex duodecim Vulturibus optima auguria egit. Nā ex Anſu numero cōmutatione in totidē homines facta, principis totidem Romanos, quos Aues perſeſſiſſet, virgis antecedere iuſſit.* Sunt qui Romulū in memoria duodecim eorum Vulturū, duodecim etiam liſtores conſtituiſſe ſcribunt, quamuis nec deſint qui ex duodecim populorum Hetruſiæ numero factos tradant.

Duodecim Vultures item C. Iulio Cæſari in conſulem cū Q. Pædio inagurato, dum Conſulari pompa ad ſacrificandum Urbem ingrederetur, oblati ſunt, vt Appianus reſert.

10 Simile demū augurium Auguſto Cæſari poſt illos ſoli datum eſt. Hic enim, vt tradit Iulius Obſequens, quum in campum Martium exercitum deduceret, ſex Vultures apparuerunt. Conſcendenti deinde roſtra, creato Conſuli, iterum ſex Vultures conſpecti, veluti Romuli auſpicij nouam urbē condituro ſignum dederunt. Et Suetonius: *Octauio, inquit, Auguſto primo cōſulatu auguria capienti, duodecim ſc. Vultures, vt Romulo oſtenderunt.* Author item eſt Dion poſt Cæſaris cædem Octauio in campum Martium deſcendenti Vultures ſex augurium feciſſe, mox verò apud milites concionatū duodecim: vnde eſt ab eo coniectatū ſe Romuli monarchico principatu conſtanter poſiturum. Sed illud inter hæc obſervatione dignum videtur, inquit Pierius, ter hanc annorum M. CG. ſupputationem tribus maximis imperij, æquo propemodum temporis ſui curriculo, inſignes admodum rerum mutationes adduxiſſe. Primam à Romulo ad Genſericum, ſine quis ad Audoacrem, qui etiam de Urbis nomine abolendū, ac Audoacria vocanda cogitauit: ſecundam ab Octauiano Auguſto ad Fredericos, tertiam Cōſtantinopolitanam à Fl. Conſtantino ad Conſtantinum eum, qui oppreſſus ab Othomanno Turcarum duce, vitam cum imperio finiuit.

Vultur anni imago, & cur.
Lib. 10. de Ani. 22.

Vultures duodecim Cæſari quādo apparuerunt.
Lib. 3. de bel. ciuil.
Auguſto quō duodecim Vultures viſi.
In Aug.

MORALIA.

DIUVS Baſilius ſcitam admodum inuidorum cum Vulturibus comparationem inſtituens, atam turpi vitio nos detertere conatur, in hunc modum: *Sicut Vultures per multa quidem prata, multæ etiam amana & odorata circūuolūtates ad tabida, & ſacculenta loca feruntur; ſic & inuiti ad viſæ ſplendorem, ac rerū bene geſtarum magnitudinem minime quidem reſpiciunt, maſca verò, & ſtragilia, & ſi quid erratum (ut quandāq; rebus accidis humanis) tantum obſeruant, hæc diuulgant, & per hanc tantum homines cognoſci volunt.* Et S. Iſidorus Peſuloſota, omnis vir iuſtus, inquit, ſibi eſſe videtur: Etenim ad ea quidem, quæ alij rectè, atque virtute gerunt, cecidiſſe: eorum autem viſa perſpicit non ſecus videlicet ac Vultures prata perſepe atque hortos prætereuntes, cadauera volatus peſunt. Hiſce non abſimilia Plutarchus ſcribit in hæc verba: *Inimicus, ſi quid delinquas, inhaeret affixus, ſermiatuſq; & proſeſſo Vulturum exprimere videtur mires. Et quippe tabida tantū conſeſſatū cadauera, nā vara beneq; habētia ne ſentiūt quidē: Conſimiliter inimicū vite modo labes mouet, agra illū excitant ac quæ compoſuerunt.* Vulturibus ſimiles ſunt inuidi, qui ad ſceſa duntaxat cadauera deſcēdunt, & partibus tetrīs, corruptiſq; veſcuntur, bonas integraq; abominantes. Gaudet Vultur bellis ac cædibus ob cadauerū paſtum, quem inde cōſequitur, adeo vt exercitus per longiſſima etiā ſpacia ſequatur. Quos potius his comparare liceat, quàm eos, qui ſeditiones urbium affeſcūt, & principū exercitus ſequuntur, vt quorum proſperitati moleſti eſſe non poterant, fortiorem viribus contraſtractos expolient. Et qui veluti dici Adamantius alienæ morti incumbunt, qui arte fraudeue teſtamenta ſubijciunt, veluti mortuorum cadaueribus inhiantes, propterea quòd his Auibz ſemper mortuorum, ait, corpora cibus ſunt. Ea verò de cauſa prophana ſunt in ſacris literis, ac inter immundas Aues recēſentur. *Non manducabis,* inquit lex, *hæc quia immunda ſunt, Aquilā & Vulturem* &c. quod, vt ait Heſychius Hieroſolymitanus, per eos homines intelligatū, quos ſubſequentē nixæ ſtragēſq; quippe qui viſcera miſerorum & atrum ſanguinem depalcunt, cū minime oporteat hominem cōtemplatione diuinę deditū ex caſibus aduerſis aliorum nutiri aut lætari. Quare Baptiſta Mantuanus, vbi in deſcriptione tartarorum liſtores eius loci Vulturibus ſimiles facit:

Homil. 11. de inuidia.
Inuidi Vulturibus comparati.

Lib. 3. Epif. 237.
Lib. de utilitate.
Inimici vulturū amulatores.

Seditioſi Vulturibus comparati.
Heredipe. te.

Leuit. 7.

Lib. 4. Alphonſi.

— Lector volat agmine magno
Vulturis ora gerens, veſtigia prima leonis
Vltima bella oris equi.

Id autem quod de Vulturum ſpontanea & ſine maris auxilio ex vento Zephyro conceptione fertur, ab Orthodoxis doſtoribus aptiſſimè ad mirandum ac ſalutiſerum Virginis partum adſtruen-

*In Hexa,
Homil. 9.
Partus sa-
lutiferus
Vulturibus
assimilatus.*

*Lib. 5. He-
xam. c. 12.
Lib. 1. contra
Celsum.*

fructu dum traducitur. Basilius Magnus ex hoc omnibus animaduersum cupit, ut cum nonnulli sint, qui humanæ Christi naturæ arcum irideant, quasi verò fines cancellosq; natura egrediatur, Virginem parere integra nihilominus, & intemerata persistente virginitate, ipsi Deum exempla pleraq; iam inde ab initio præmississe aspiciant, atque in ipsa natura rerum semina quædam conspexerint, unde possit unusquisque, ubi quod alta mente conceperat, effecit, ser, talibus mirabilibus fidem adhibere, atque ita ijs occurrere voluisse, quorum stuporine dicam, an peruersitati nihil quicquam aliud persuadere queas, quàm quod vel manibus attingunt, vel oculis assequuntur. Hinc miratur D. Ambrosius neminem, qui se subuentaneo Vulturis conceptu aliquid audierit, rerum naturalium scriptoribus refragari, cum verò Virginem numine diuino afflatam peperisse sentiant, tum risum ineptare. Tangit hoc idem Adamantius, ubi Cello responderit, qui duplex (Alma) significatur ex Hebræorum interpretatione obijcit. Sed enim de intracta Virgine, non autem de adolescentula (quod Theodotion Ephesus & Aquila Ponticus intelligendum frustra conantur persuadere) prophetatum est, priusquam in Babylona fieret populi transmigration, hoc est, antequam Medi & Persæ principatum inuaderent. Reddita autem sunt hæc in sermonem Græcum ab ipsis Iudæis, nempe septuaginta interpretibus, qui Ptolomæi Lagi iussu (tunc enim Macedonibus parebant) libros sacros vnanimi prorsus consensu, eadem sententia ita transulerunt, atque si ab vno tantum translationes omnium emanassent, multo ante tempora aduentus Domini nostri, imò antequam Romani Iudæos in potestatem redigissent, adeò vt nulla suspicio relinquatur, inquit, Irinæus, ne fortè nobis morem gerentes Iudæi, hæc ita sint interpretati. Qui quidem si agnouissent nos futuros, & his testimonijs viros, quæ eorum scriptis sunt, nunquam & hæc & reliqua Prophetarum monumenta comburere dubitassent. Plurimum verò in dignatur Adamantius antiquissimus ille Ecclesiæ Doctor, plerosq; adhibere fidem historicis philosophisq; qui hæc de Vulture & aliquot alijs animantibus, quod sine maris coniunctione cōcipiunt, indubitatò tradunt, negare tamen Deum, qui hæc in alijs animantibus facit, in hominibus idem posse perficere, ubi adhibuerit. Et Græcorum pleriq; tradunt homines primùm ex limo procreatos: nos non credemus ex dimidia humanæ substantiæ parte iussu Dei, imò eo de se ita statuente, fieri potuisse, vt Iesus ex eo filius nasceretur? Et igitur Vultur documento nobis, ne mysterium illud sacrosanctum, unde vera salus, veraq; felicitas nobis obtrigit, fabulosum fuisse vel minimum quidem suspicari vnquam in animum inducamus.

Beatus Iob, teste Iacobo de Virriaco, de reprobâ Synagoga dixit: *Semitâ ignorauit Auis, nec intuiuit eâ oculus Vulturis.* Nam, vt ait D. Gregorius, Auis nomine ille significatur, qui corpus carnesti, quod accepit, ascendendo ad æthera liberauit. Iudæa autem semitâ ignorauit Auis, quia humilitatis Christi vias, quibus nos in altum subleuamus, considerare voluit, nec est intuita oculus Vulturis, id est, Christi: Diuus Gregorius enim redemptorem nostrum vulturis appellatione signari dixit, qui manens in altitudine deitatis suæ, quasi quodam volatu sublimi cadauer nostræ mortalitatis cōspexit in infimis, & se de cælestibus ad ima demisit, & dum animal mortuum petijt, mortem apud nos inuenit. Huius Vulturis oculus fuit intentio nostræ reparationis, Populus ergò Iudaicus Vulturem quidem conspexit, sed oculus Vulturis nō aspexit, unde & prædicatores repulit. Ad eundem locum sic scribit D. Hieronymus: *Passum hic duoq; pupuli intelligi non absurdè, id est, Iudæorū & gentium.* Carnalis ergò Iudæa fidem in Christo non habens, sed potius legis operibus viuens, eundem Christum pro nobis factum semitâ siue viam, quæ ducit ad patriam, vt incredulus ignorauit, propter elationem suam, qua se putabat legis operibus posse iustificari. Auis dicta est, leuis vtiq; & vaga, atque in ipsis operibus legis instabilis. Vulturi verò gentium pupulus idèò assimilari videtur, quoniam per errores mortuorum hominum discurrerat, & rebus mortuis pascabatur. Hi ergò Christum legis litera obiectum & terram re-promissionis per Christum saturam, opacitatis significationum umbraculis non poterūt omnino perspicere. In illa verò D. Matthæi verba: *Vbi cūq; fueris corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ: De exemplo, inquit, naturalis, quod quotidie cernimus, Christi in prauim sacramento. Aquila & Vulture etiam trans maria dicuntur senire cadauera, & ad escam huiusmodi congregari.* Sic ergo irrationabiles volucres naturali sensu tantis terrarum spatijs, & maris fluctibus separata paruum cadauer sentiant, ubi taceat: quanto magis nos & omnis multitudo credentium debet sentire mare ad eum, cuius fulgur exit ab Oriente, & patet vsque ad occidentem? Possumus autem corpus, id est, mortuam, quod significatiuè latine significat cadauer, ab eo quod per mortem cadat, passionē Christi intelligere, ad quam prouocatur, vt vbi cūq; in scripturis legitur, congregemur, & per illam venire possumus ad verbum Dei &c.

*Comm. in
Iob 28.*

Cap. 24.

QVANTVS verò in medicina vsus sit Vulturis insignis ille D.Hieronymi locus vel solus manifestissimè docet, vbi in hũc modum scribit. *Nō omnes animantes à Deo nobis data sũt ad comedendum, sed ad reliquos varios vsus. Non enim Vipera, non Cest, non Hyena, non Vrsus, non Vulpes, non Noctua ad vscendum data sũt, sed eorum caro, sperma, fel, partes similes, hepã, pulmo, sanguis in medicina parati sũt. At quid dicam de Vulture? Volucris est minimè sapida, minimè escatilis, at si medicorum volumina legeris, videbis tot curatiōnes esse in Vulture, quot sũt membra. Quòd quidem tanti viri encomium Vulturi verissimè conuenire liquidò constabit, si plurimis, ijsq; grauissimorum virorum autoritatibus id comprobaueris, è quibus tam à toto Vulture, quàm ab omnibus ferè eius partibus, quas singulas percurramus, præclara sumi medicamenta clarum euadet. Operosum in primis est, ac longum, quòd ex integro Vulture paratur, ab Aëtio præscriptum. Curat elephantiasim, abscessus, condylomata, strumas, corporis eminentias, steatomata, paronychias, bronchocelas, & omnes malignas eminentias quacumque corporis parte, atque multo, vt ipse ait, experimento cognitum est. Huius talis est apparatus. Vulturẽ vinũ accipito, cumq; in vini dulcis aut sapa sextarijs nouem, aut sex suffusato; aut Vulturinũ Gallũ (ita latina translatio habet, sed pullũ non gallũ fortè legendum existimẽ) eodem modo tractato, & à vespere vsq; ad matutinũ tempus ad vitis ligna coquito. Ceterũ agrũ sennũ vitũ conuulsiuũ, sapa etiã in ediam perferre iubeto, & per subscriptũ medicamentũ purgato, perq; dies septem ex marina aqua lauato. Postquam verò Vultur coctũ fuerit, & excolatus, ossa ipsius contrita cum agri sudore, præferim qui à sole prolectus est, Cani edenda proiectio, massas verò septem inde formatas Cani dato; Vulturẽ autẽ ipsũ per tridũ ad vespere vsq; ad matutinũ tempus, ne ab aurora conspiciatur, coquito, atque id similiter tertia die facio, probeq; coctũ omni die manẽ in domo tenebrisosa reponito. Atq; vbi tandem ita percoctũ ac excolatũ habueris, ad susculũ in nocte, minimè verò in die sequenti addito, salis fossilis marini in petris condensati irientem (alij viciã vnã habent) atramentũ sutorij sem chalcantini (galbani habet alia lectio) opposonacis, viriusq; sextantiẽ, colophonia picis viriusq; quadrantiẽ, euphorbij, castorij, sanguinis capræ, ammoniaci, thymiamatis, cuiusq; trientem, foliorum semperparui numero septem, catawanca herbe scrupulos tres, amianũ scrupulũ vnũ, polypodij herbe, quæ per contritiã affectionẽ luna deinde auxiliatur, lapidis scagala, cedria, singulorum quadrantiẽ, bituminis Iudaici sextariũ vnũ, artemisiã herbe, camemeli herbe, cuiusq; sextantiẽ. Hac omnia cum susculo, ut dictũ est, apparato, probe trita & cõminuta vnitio. Ceterũ Vulturẽ primum vnã cum pennis vsq; ad pedes exoriat, atque ita in sapa coctũ suffocato. Pellem autem ipsã cum myrrha condensã, & in sumã suspensã exsiccat finitio, pedes verò in oleo coquito, & cum oleo podagricis per Vulturẽ etiã pennã illinũ. Nervos verò ad pedes podagrici pro amuleto appendito, & ab affectione cum liberabis. Porò purgantiũ, cuius mentionem feci, hoc esto: Aloẽ viciã dimidium gari, acetũ, parẽ mẽsurã vnio, & etiã sextarij partem bibendam præbeto. Aliud eodem loco itẽ author ex Vulturino capite integro, alijq; quamplurimis simplicibus admixtis componit ad elephantiasim, ad carcinomata, ad podagrã, ad articulorum morbum, ad strumas, ad condylomata, & ad conuulsiones, quod tale est. Vulturi, inquit, cerebrũ vnã cum capitis officulis & plumis ac carnibus capitis accipito, & in vino dulci coquito, atque excolata quidẽ illa proiecto, cum susculo verò ipso euphorbij, croci, atramenti Indici, piperis albi, castorij, Zinziberis cuiusq; sextantiẽ coquito, & foliorum rubi, seminis Saryrj, picis cuiusq; dodrantem. Autẽ mandragorẽ, cedriã cuiusq; viciã vnã, feltariũ cuiusq; capræ integrũ, vermes ex lignis putrescẽtibus & marcidis numero tres addito. Hac omnia in vini dulcis sextarijs nouem simul coquito. Hic, inquit, iuramento adstrictus accipi, ne cuiquam reuelarem. Hic apparatus ad illinisonem in nouem dies sufficit, & eminentias ipsas exteris. Ceterũ cum penna Vulturis etiã illinatur.*

Nunc ad reliquarum partium facultates examinandas pergamus, & primũ quidẽ interiorum, à cerebro incipientes. De hoc Galenus: *Ad dolorem capitis sedandum, cerebrũ Vulturis terens unge caput & tempora.* Item Plinius: *cerebrũ Vulturis si commisceas cum oleo cedria, & inde nares frequenter tangas, capitis dolorem auferet.* Quod ipsum ferè alijs verbis, Marcellus refert, dum inquit: *Vulturis cerebro paululũ cedria si immiscueris, & nares inde intrinsecus, capitiq; perfricueris, omnes capitis dolores statim minues.* Aretæus id ad morbum Heculeũ commendat, dicens: *Fama est Vulturis cerebrũ in cibo sumptũ, morbum comitalẽ discurrere, cuius ego periculum non feci.* Kiranides verò: *Sĩ Vulturis cerebro, inquit, mulieris venter & viri linianitur, sterilitas inducitur.* Albertus tradit in cerebro Vulturis quãdòq; reperiri lapidẽ, qui Quandros dicitur, valere contra omnẽ noxam, ac producere lac in mammillis.

Lib. 2. aduersus Iouinianũ.

Lib. 13. ca. 124.

Cerebri vsus.
Lib. 9. Empor. cap. 91.
Lib. 1.

Lib. 7. c. 4.
Lib. 2. de lap. precios. cap. 15.

Quando lapis.

Iulur or i etiam suæ tribuuntur dotes, quas nonnullas Plinius recenset: *Pulmonis*, inquit, *Vulturini paries dextra Venerem constant viris aligata Gravis pelle*. Item alibi: *Sanguinem reijciuntibus pulmo Vulturinus vitagineis lignis cõbustus, adiecto flore mali Punici ex parte dimidia medetur*. Obscurus quidam recentior aduersus epilepsiam commendat pulmonem & cor Vulturis arida trita & potata. Sunt enim & cordi suæ vires salutare, de quo item Plinius. *Cor pulli Vulturini adalligatum aduersus comitalem morbum prædicatur: quidam pectus eius bibendum censent, & in cerrino calice*: Alexander Benedictus. Ex posterioribus nonnulli de Vulturino corde scribunt, si in corio lupi adalligetur, tædium Veneris æfferre.

Iecur quoq; ad medicamenta apium esse Plinius his verbis testatur: *Iecur Vulturis tritum cum suo sanguine ter septenis diebus potum, aduersus comitalem morbum prædicatur*. Variant nonnulli a Plinio Sextus & Aesculapius, qui pro ter septenis diebus solummodo septem ponunt; Et Galenus lusciosum vesci beta iubet, Vulturis iecore affato, eiusq; ille illiniri. Serenus ad iecoris doctorem, Vulturis iecur commendat. Sed & exiecoris magnitudine id agnoscere nobis tradit Io: Baptista Porta, ubi alia etiam animantium iecinora magna ad illius visceris dolores valere tradit, nec non ad oculorum vitia, quoniã Vultur acutissimè, vt diximus, videat. Idem Serenus iecur (pro quo Plinius habet cor) excæcum de Vulture gestari iubet ceu prophylacticum aduersus serpentium morsus.

Ventriculus. Ventriculus Plinio teste, neruis vilis.

Fel. Fel quoque oculis præcipuè prodesse tradunt plurimi authores. Ex hoc Q. Serenus medicamentum parere docet ad suffulos oculos.

*Sæ tenebras oculis obducit pigra senectus,
Expressa marathro gusta cum melle liquenti
Detergere malum poteris, vel Vulturis atrii
Fella, chelidonia fuerint queis gramina mista,
Hæc etiam annosis poterunt succurrere morbis.*

Idem ad morbum caducum commendat alibi: cum air:

— Comitiali

*Prodest cum veteri Baccho fer Vulturis ampli:
Sed cochlear plenum gustu tibi sufficit vno.*

Similiter Marcellus: *Fellis Gallinæ vel Vulturini, quod longè magis prodest, scrupulū, & mellis 30 optimi uncia, bene trita cõiunges, atque in pyxide cuprea habebis, & opportunè ad inungendū vitium*. Hoc nihil potentius caliginem releuat. Et Plinius: *Nubecula & suffusiones caligatonesq; oculorum, inunguntur Aquila felle, quam diximus pullos ad contumendum solem experiri, cum melle Attico*. Eadem vis & in Vulturino felle est cū porri succo & melle exiguo. Sed meliùs hæc habet aliqui authores marubij pro porri, & facit Plinius pralon, id est, porri, pro prasio, id est, marrubio, Græcarum vocum similitudine deceptus, accipere potuit. Hoc ex Galeno intelligere licet, qui hoc medicamentum etiam approbat: *Omnem, inquit, oculorum obscuritatem, incipientemq; suffusionem curat fel Vulturis cum marrubij succo & melle Attico: cuius si nulla sit copia, teneto ac mollis vitæ: esto autem succi marrubij, tum mellis dupla ad ipsum fel porrio*.

Renes. Renes verò Vulturini, authore Marcello, aridi in melle triti, vel decocti, tonsillis mirum re-⁴⁹

Excrementa. Excrementa etiam huius Avis in vsum medicum veniunt, adeo vt nihil in ea tam abiectum sit, quod non aliquam utilitatem adferat. Etenim vt author est grauissimus Dioscorides, Vulturini fimi nidore parte partem excuti produntur. Quintus quoq; Sammonicus Serenus ait:

Vt pariat sterces supponunt Vulturis atrii.

Illam enim, quam ei natura dedit, pariendi facilitatè in mulieres etiam deriuat, fimi sui ope nec non pennarum, quæ item ipsi excrementa sunt, vt homini pili, de quibus ita Plinius: *Penna Vulturina subiecta pedibus, adiuvat parurientes, vel, vt alijs verbis Sextus Platonius: efficit vt sine labore parium aiant*. Ornithologus narrat quendam sibi octum in sua Heluetia (nimirum fortasse credulum) tantum Vulturinæ pennæ ad partum educendum tribuisse, vt nisi tempore situd auferatur, vteri etiam detrahendi periculum sit, sese tamen nimium huiusmodi remedijs tribuere subiungit. Præclarum verò in primis illud est elogium, quo vt Aesculapium, Sextum Philophum, & Serenum prætereamus, tum tota Avis, tum in primis pennæ eius à Plinio decorantur. *Ex volucris, inquit, in auxilio contra serpentes primum Vultur est*. Annotandum quoque minus virum esse nigris. Pennarum ex his, nidore, si vrantur, sugari eas dicunt. Et Aelianus suffitis Vulturum pennis ex cauis suis elici tradit. Kiranides suffitu lethargum & suffocationem vteri & phrenitidem sanari affirmat.

Adeps. Adeps quoque Vulturinus insignes dotes habere legitur. Rhafis dissoluendi vim, cum Asini sylvestris adipe paratam ei tribuit. Et Plinius: *Adeps, inquit, Vulturinus cum ventre arefactus, con-*

crurisq; cum adipe Suillo inueterato neruorum dolores tollit, & nodis medetur. Eiusdem facultatem, vtendiq; modum Serenus docet:

*Si verò oculis nervos dolor urget inertes
Vulturis excisos adipēs, rursūq; remitte,
Aut ceram, & tali recreabis languida foru.*

Et Marcellus Empiricus tradit nervi & arthritidi adipem Vulturinum cum felle eiusdem, & axungia vetere ac melle malagamis more appositum mederi.

Nec minori facultate reliquæ huius volucris partes, eaq; similes præditæ traduntur, videlicet ossa, nervi, pellis &c. In primis ossa combuita, trita, in persa sanare omne vlcus, & contra dolorem prodesse cum vino Kiranides asserit. Plinius verò & Marcellus ossa capitis pulli Vulturis filo purpureo ad cubitum suspensa cephalgiam sanare & veterem scotomiam, vt & idem Kiranides repetit, scriptum reliquerunt. His consentit Galenus, vbi ait: *Aquila capitis os simile simili, vt dextrum laius dextro appende, perinde & Vulturis: quod ad hemicraniam curandam summè facere tradit.*

Vulturis crus, inquit Rasis, si ablata carne suspendatur supra crus excoriatum, auferetur dolor, & sanabitur.

Pellis Vulturina, ac præsertim quæ pectus tegit, tenerrimo mollicularum plumularum velere obita, his qui agrè coquunt, vt Alexander Benedictus, alijsq; complures testantur, plurimum conducit. Huius rei cum inter cæteros non solum locupletissimum præbeat testimonium, sed pulchram admodum suam de hac pelle obseruationem addat medicus doctissimus Leui-nus Lemnius, nō pigebit cum ob sermōnis terfi elegantiam, tum ob rei alijs intactæ cognitionem eius verba huc ascribere. *Quum multa sint, quæ foris admoda ventriculo robur adferant, ac concoctioni adiuuauerint, tum nihil magis præsentaneum, aut efficacius, quàm Vulturis tegmen, vel detracta pellis, cæterarum pellium modo subacta ac concussionē complanata. Quum autē eius sit conditiois ac naturæ hæc Avis, vt omnia auis appetat, & inoffensè consumat tegmini eius ea vis infusa est, vt ventriculum humanum fulciet, ac fastidioso, nauseantiq; stomacho vires appetendi & concoquendi cibi conferat, quin & alui profluvium cohibet, & vomitum compescit, sed diuerso modo ventriculo applicatum. Hoc enim experimento comprobatum habeo, vt si quis tegmen è corpore alius exemplum, arteq; pellicea concinnè elaboratum, subactumq; flaccido ac languenti ventriculo admoveat, fluxum liq̃ere, ac leuitatē intestinorum auxiliari, præsertim si eo situ applicetur, vt plumosa pilorum congeries deorsum spectet: quemadmodum in suffultis vestibus, secundo, vt ita dicam, flamine, pelles palma demulceri solent. Confortat enim, fomentq; calorifica vi, & astringendi ratione facultates seu potentias naturales, quibus alimenta attrahi contingit, retineri, cōcoqui, & expelli: tres quoq; ventriculo nervosas tunicas & totidē fibras corroborat, vñq; suo officio fungatur, efficit. Cæterorum tegmen id contrariò aduersusq; situ collocatū piloso acumine sursum exporrecto, atque in sublime ni sent, vomitū compescit, deorsum detractis stomachi masculis, quibus cibum amplectitur ac retinet. Quæ res cum ita se habeat, itaq; mirari subit, quod à Plinio scriptum est: pennam Vulturis, si dentes cum ea scalpantur, acidum anhelitum facere: quod ci facultati quam paulò antè pelli attribuimus, maxime videtur repugnare. Corroborari enim stomachum in caloris natui augmento consistit, vt acidus anhelitus nō nisi à ventriculo debili proficiscitur, qui cibū coquere quidem aggrediatur, at cœptū opus perficere exactè nequeat. Aut dicendum est, aliam pennam, aliam pelli inesse vim, quod tam è præter rationē videtur, cum pelles Vulturinæ stomacho, non nisi tenellis illis plumulis fultæ admoueri soleant, si vitilis ab illis expectanda est. Vt vt sit, restanti non est, cui diuiniū inhærendum putem. Alijs, quibus lubebit, eam discussuris, liberum iudicium relinquo.*

Ex neruis Alexander Trallianus medicamentum podagricū præscribit huiusmodi: *nervos Vulturis ex cruribus ac summis pedibus collectos ad talos agri alligato, curans, vt nervos dextri pedis Vulturis dextro agri pedis alliges, & sinistros sinistro. Similiter etiam cubitorum, manuum, & humerorum nervos, alasq;.*

De sanguine demum Vulturino vnicū vnicus Plinius tradit (adeo omnia huius Avis utilia sunt ad medicinam) & leprosis prodesse: Vulturinus sanguis cum Chamæleonis alibi, quem herbam esse diximus, radice, & cedria tritus, contactusq; braccia lepras sanat. Rem admirandam de Vulturis sanguine tradunt quidam penes quos fides esto, Anguillas videlicet defectu aquæ mortuas, si corpore integro existente ponantur sub fimo in aceto, & addatur de eo sanguine post paucos dies, omnes recuperare vitam.

Ossa.

3. Emp. 34.

Crus.

Pellis.

Lib. 4. d. c.
Oculis. nat.
mirac. 2. 6

Lib. 30. c. 4.

Nervus.
Lib. 11.

Sanguis.

VSVS IN EXTERNIS.

*Tibig ex of-
sibus Vultu-
ris & A-
quilarum.
Pennarum
vſus.
Pellis.*

DE vſu, quē Vultur in bello & pace præbet, nunc dicendum. Ad prælia cum tympanis
tribas ferunt Scythæ Antropophagi, Malenchleni, atque Arimaſpi ex Aquilarum &
Vulturum oſſibus, vt author eſt Pollux.

Paſtores in montanis Crætæ Vulturibus inſidiātur, cūm quia Agnos ſuos, & Hædos rapiunt,
(ſunt enim illic frequentiffimi) tū vt pēnas eorū, quas incolæ ſagittis inferunt pro alis, diuendāt.
Pelles quoque pellionibus tradunt, & non modicum ex hiſce quæſtum faciunt. Præcipuus
earum vſus eſt apud Turcas, præſertim apud magnates, vt & apud Gallos, qui eis tunicis tala-
ribus, & pallijs, rhenonibuſq; ſubdere, totamq; anteriorem ventris regionem armare ſolent, ſi
eo modo, quo pelles ſubigi & elaborati arte pellicea ſolent, parentur. Quare ſat magno venire
author eſt Petrus Bellonius.

*Lib. 2. de
Auib. c. 2.
Pennæ.
Rete pinna-
tum.*

Gratius in eo, quod de venatione fecit, carmine, deſcribens retis genus, quod pinnatum vo-
cant, eò quòd pennæ ei ad terrendas feras attexantur, ſic inquit:

*Sunt quibus immundo decerpit Vulture plume,
Inſtrumentum operis fuit, & non parua facultas
Tantum inter niuci iungantur vellera Cygni. Et mox.
— Ab Vulture dirus auaro
Turbat odor ſyluas, meliuſq; alterna valet res.*

Vulturis etiam pennæ literis exarandis idoneæ ſunt.

*Oſſium vſus
ad candela-
bra.*

Ex oſſibus Vulturis, ſeu ex cruribus apud quosdam vſus eſt cōficiendi candelabra, cūm cre-
dant hæc ipſa innata quadam vi venenum, quod in menſam adfertur, explorare, imò id ſibi
tanquam magnæ ferrum, attrahere.

*Vultures &
ſepulchro.
Canes ſepul-
chrales di-
ſci.
Lib. 1.
Lib. 11.
Parvæ ſe-
nes à ſylis
occiſi, & co-
meſi.*

Barcæis, Indis, Caſpijsq; Vultures ſepulchrorum loco erant, & quidem ſepeliendi modus
apud Barcæos præſertim honoratiſſimus erat, Vulturibus cadauera, qui bello fortiter cecidiſ-
ſent, lanianda proponere. Quemadmodum apud Hyrcanos defunctorum corpora Canibus,
quos in eum vſum alebāt, obicēta legimus, quos inde ſepulchrales dicebant, quòd eorum ven-
ter illis pro ſepulchro eſſet. Et apud Perſas mortuus non priuſ humabatur, quàm ab Alite, aut
à Cane traheretur, vt ſcribit Herodotus, & D. Hieronymus; Idem quoque Baſtrianos faſci-
taſſe memorat Plutarchus. Huic rei etſi inſolenti facilè fidem adhibebit, qui legerit Maſſage-
ras Eſſedoniosq; atque ipſos Scythiæ populos, iam ſenio grauatos parentes iugulaſſe, eoſq; in
fructa conciſos, & Ouium ac Pecudum carni permixtos, non minore quàm qua nos in nuptijs
ſolemus, hilaritate appoſuiſſe & abſumpſiſſe. Atque hæc ratione hi mortuos ſuos in ventribus
ſuis tumulabant. Quanto iuſtior hic eius Poetæ eſſet querela?

Hæc quantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi?

*Vulturis v-
ſus in p-ſtu-
ris.*

In piſturis quoque ac ſimulachris ſui vſum præbuit Vultur. Legimus in numiſmate Titii
Imperatoris, qui orbis amor dici meruit, Vulturis effigiē impreſſam fuiſſe, fortaiſſe ob felicia Ro-
muli Vibis conditoris auſpicia. In antiquiſſimo quodam numiſmate in vertice galeæ conſpi-
ciuntur alæ geminæ, quod ex captatis à Remo & Romulo augurij: (prior enim Remus ſex Vul-
tures, duodecim mox Romulus, vt dictum fuit, vidit) proceſſiſſe Conſtantius Laudus opinatur.

*In numiſ.
Caſtor. &
Pollucis.
Lib. 5. Ge-
nial.*

Verùm & apud Aegyptios in veſtibus domorum, alas Vulturis proponere, indicium nobili-
tatis, & vetuſtatis familiæ cenſebatur, quod animaduertit Alexander ab Alexandro. Huncq;
numum Landus credit Iulij Cæſaris, aut Auguſti, aut cuiuſvis alterius ex Cæſaribus eſſe, atque
ideo cuſum, vt vetuſtatem languinis oſtenderent. Addit item ſe vidiffè Romuli numum cum
Vulturibus, eumq; ſibi poſtea dono datum fuiſſe à Bernardo Lochetta impreſſore Papienſi, in
quo Romuli imago iuuenilis fuit, cum hac inſcriptione DIVO ROMVLO NVDIS
CONS. in auerſa parte erat quoddam veluti templum, ſeu idea vrbs facta in modum ca-
neæ ſeu turris, in cuius faſtigio erat Avis, quam putat ex figura fuiſſe Vulturem. Circum orbem
nami hic legebatur titulus ÆTERNÆ MEMORIÆ. In imo erant notæ hæ, REST. 50
Reperiuntur & alia Romanorum numiſmata, in quibus ab vna parte Romæ caput conſpici-
tur, ab altera verò Romæ duobus ſcutis in ſedentis integra effigies haſtata, vnà cum Lupæ
Romulum & Remum lactante ad pedes, & Vulturibus duobus ab vtroque eius latere. Olim
quoque, quæ Græcæ virgines per pompam ad Helenæ templum vehi ſolebant, vt author
eſt Varinus, canathra, id eſt, vehiculum plegmata habebat, Ceruis ornata & Vulturibus. Pau-
ſanias refert Eurynomum Dæmonem, qui ad oſſa vſque mortuorum carnes arroderet
ſingitur, colore pingi ſolere inter cæruleum & nigrum medio, qualis eſt muſcarum, quæ car-
nibus inſident, & pellem Vulturinam ei ſubſtratam eſſe. Porro quamuis Vultur ſit immen-
ſe mor-

*In Phoci-
cis.*

sa molis, Turcae tamen, vt obseruauit Bellonius, aucupandi artem cum eo tenent; quem cum reuocant, houb houb duntaxat acclamant: dextra ferunt, & interdum oua Gallinarum dure vescenda praebent, in recentis carnis penuria.

Lib. 3. obf. cap. 40.

HIEROGLYPHICA.

PLVRIMA per Vultures in mysticis suis notis denotabant Aegyptij sapientes, eaq; non abieci, sed summa quaeq; & diuina: cuiusmodi fuerunt annus, mater, siue naturae vocabulum, mundus, intuitus seu speculatio, terminus, iustitia, liquor, Pallas, Luno, & alia quamp'lura.

Quoniam verò ex ea praecipuū erat anni significatum, vt inquit Pierius Valerianus in hieroglyphico suo Vulture, qua ratione id sit receptum, etsi antè, vbi de generatione sermo erat, tetigimus, hic tamen obiter explicare operae pretium esse puto.

Lib. 18.

Vultur, vt apud Aegyptios habetur, trecentos eos & sexaginta quinq; dies, quibus annum conficitur spatium, ordine mistico partitur. Nam cum annum illi tribus tantum spatijs metirentur, vere quippe aestate & hyeme, ipsi singula tempora centum viginti diebus constare voluerunt, ac quinque insuper dies addiderunt, quos interea lares vocabant. Vultur verò ad eiusmodi partitionem anni aptè accommodatur. Nam cum primum excitatus fuerit ad cōceptum, quoque à vento fieri volunt, tum quinq; continuos dies pertinacissimo ieiunio maceratus perdurat sine cibo & potu: mox centum & viginti dies praegnans manet, totidem diebus pullos educat; per reliquos centum viginti dies, vt quibusdam placet, immunis est, suarumq; tantum rerum satagit, neque praegnationi operam dat, neque educationi. Quamuis vt suo loco monuimus, quidam eum totum anni curriculum generationis ac educationis officio tradant impendere: quibus subscribit Tzetzes. Illud etiam ad anni rationem pertinet, quod ex Vmbritij Aruspici sententia Plinius scribit, Vulturem tredecim oua parere, quae quidem adinstar totidem Lunae coitionum accipi possunt, quae per vniuersum annum potissimum obseruantur.

Annus Aegyptiorum.

L. 10. c. 7.

Aliud sequitur hieroglyphicum, vt per eandem Aem vel senio cōfectam; vel demortuam centum annos intelligamus. Eam enim augures magna cum religione obseruare soliti sunt, ac propter singulos Vultures singula annorum centena portendi tradiderunt, duodecimq; illas, quas Romulus obseruauit, imperium Romanum ad annos MCC duraturum ostendisse, quod obseruatum à Veſtio tradit Varro; ac ceptum mox à Censorino, qui circiter millesimo ab Vrbe condita claruit, quod ita postmodum sub Gſerico Aſthalarico, & Odoacre barbaris regibus euenisse fœda ac miserabili totius Italiae clade, quodq; acerbius est, totius literaturae interitu satis constat, & nos supra in capite de augurio Vulturum luculenter enarrauimus. Cur verò annorum centena per singulos Vultures significarentur, in se sumptum est, quod eos ad centum vsq; annos viuere compertum sit apud antiquiores, quibus astipulatur D. Ambrosius. Nunc ad reliqua huius Auis hieroglyphica pergamus.

Cur anni Vulturibus assimilati. Lib. 5. Herodotus. c. 20.

Cum in genere Vulturū mare nusquam inueniri arbitrati sint, sed omnes fœminas, quod apriori opinioni congruit, quae ex vento eas concipere existimat, itaque manifestum est, cur Aegyptij sacer dotes per eam Alitem, pyrogio surrecto atque ad Aquilonem verso, matrem aut naturam intelligant: Mater siquidem fœmineum est animal. Vultur enim, vt ex antiquorum Aegyptiorum sententia dictum est, appetente conceptus tempore, quod per quinq; dies illos, quos supra memorauimus, producit, sine mare, eo, quo dictum fuit, modo, impletur.

Matris hieroglyphicum. Vultur & cur.

Alia licet causa pfectum est, quod cælo in superius & inferius hæmisphærium diuiso Aegyptij, quod supra finitorem est, Palladi; quod verò infra est & ab oculis semper nostris summotum, Iunoni dicauerint. Quoniam verò cælum ipsum muliebri genere Vraniam, non e paſſor, quod praecipue etiam apud Arabes erat, vocitabant, utpote quae solis, Lunae, stellarumq; omnium mater haberetur, & Vulturem, vt sæpè dictum est, omnino fœminam intelligerent, vtrumq; itidem hæmisphærium, quo cælum constat, per Vulturem exprimebant, atque ita tam Pallada quàm Iunonem hoc simulachro significabant. Quineriam vnicuiq; muliebri, signo Alitem hanc tanquam in eo sexu principem pro gestamine addidère, atque ita demum vnam quamq; Deam vnius Vulturisfiguratione intelligebant.

Cur Palladi & Iunoni sacer sit. Cælum Vraniam dictum. Aegyptij & cur.

Cum verò mundū vniuersum ex mare atq; fœmina constare profiterentur, solos verò Deorum Vulcanum & Pallada masculofeminas vtriusq; sexus participes esse crederent, itaq; eos icoe Vulturis denotare suat soliti. Quamuis paulò secus habeant emendatiores Hori codices, nempe supra Vulcani caput Scarabæum, supra verò Mineræ Vulturem. Atqui mundum ex Scarabæo, qui tantum mas est, ab iisdem intelligi, docet Aegyptiorum sacra, & ex Vulture

Mundi imago. Vulcanus & Palladi cur per Vulturem denotantur.

ture Pallada, quæ supremum est hæmisphærium ac muliebili sexu perhibetur, atque ita fieri, vt Palladis & Vulcani opera, quidquid in rerum natura cernere est, formam consequatur, & ad absolutam speciem perueniat. Nam Pallas suo ingenio freta nihil non concipit, nihil non parit: Vulcanus verò ea, quæ pollet peritæ ignis sui beneficio omnia, quæ fuerint dissoluenda, liquat: contrà verò alià cogit in duritiem, firmoq; concretu peruenit. Eam verò ob rationem commentum sunt Aegyptij Vulturem adiungere Scarabæo, quæ itidem fabulæ Pallada Vulcanum matrimonio collocatam fingunt. Vsurpatum est autem à veteribus maximè, quod in Orphicis etiam hymnis obseruatur, vt duas has cælestium animorum vires in eadem substantia meditentur, quarum altera concipit per contemplationem, quæ à superiori potestate intelligentiæ infunditur, quod quidem munus est Palladis: altera verò in hæc inferiora agit, & eorum quæ sibi credita sunt, curam gerit, regit, instruit, quod ad Vulcanum spectat. Atque ita hosce æthereos spiritus maris & fæminæ cognominibus nuncupauere. Vnde etiam Empedocles, cum se Deum iam affectum asseueraret, puerum & puellam esse se dictabat, cuius hæc circumferuntur carmina, quæ rem attestantur:

*Vultur cum
Scarabæo adiunctus.*

*Empedocles
puer & puella.*

*Immortalis ego, haudquaquam mortalis habendus,
Sumq; valete omnes, puer ecce, puellaq; factus.*

Sed hominem, de quo apud Philosophos consideratio est, vtriusq; sexus esse reuera compertimus. Vnde quantum pertinet ad intellectum, nullum discrimen ponebat Socrates inter marem & fæminam, eandemq; virtutem ac docilitatem in vtroque deprehendebat. Nam minimum commentitium est vtriusq; naturæ homines reperiri, qui partem inter se vtramque peragant, cuiusmodi præter Nasamonis populis vicinam, at superiorem gentem, Calliphanis testimonio notam, & non solum apud Lunenses, vt existimauit annalium commentator Feneftella, sed in reliqua etiam Europa plurimos reperiri experientia testatur: in quos reuera admodum lege cautum est, vt quem mauelint sexum eligant, altero si abutantur, capitali supplicio puniendi.

*Perfectionis
typus.*

Eadem ratione nec dissimili mysterio, cum perfectum quid, ac consummatum in rerum natura significare vellent Aegyptij, Vulturem & Scarabæum iuxta se mutuo ponere consueverunt, vt pote qui ex duobus his simulachris Palladem & Vulcanum, vt dictum est, intelligerent. Cõprehendebant autem picturam hanc vno tantum argumento, ex quo masculo fæmineum vt ita dicam, sexû significari profitebantur. Ita tamen imagines disponebant, vt si Vulcanum significare vellent, Scarabæum priori loco ponerent, Vulturem verò secundo: Sin Mineruam, à Vulture incipientes in Scarabæum desinebant.

Miseratio.

Ad hæc idem miserationem per Vulturem, qui femora sua rostro proscindebat, exprimebant. Ille enim, vt quidam volunt, centum & viginti diebus, quibus in filiorum educatione detinetur, nunquam ad prædam longius prouolat, vni illi curæ intentus, ne pullos de ferat, & de propinquo tantum, quæ fuerint in promotu, venatur. Quod nisi aliud quicquid occurrat, quod pullis paret in alimentum, ipse suis femoribus rostro cõcisus sanguinem elicit, quem filijs exgendum præbet; tanta curat charitate, ne illi victus egestate deficient. Sanè verò hinc factum crediderim, vt maiores nostri, cum incõparabilem prorsus Saluatoris nostri miserationem indicare vellent, hanc alitem, non autem Pelicanum, in sacrosanctæ crucis apice, ea femorum vellicatione spectandam erexerint. Nam quamvis omnino per Pelicanum incredibilis erga filios amor hieroglyphico longè alio significetur, nusquam tamen legimus apud antiquos, qui hoc descriptionis saxum voluerunt, Auem aliam, quàm Vulturem femorum suorum lancinatu, effuso sanguine pullos suos pascere, consueuisse. Phoenix tamen & ipsa femora vellicare & cõcindere dicitur, nõ vt sanguine suo filios alatur, quos nullos habet, sed vt ex eo effuso vermibus ille oriatur, quem mox in Phœnicem exire fabulantur. Non minor quoque misratio ac pietas est in liberis Vulturum, qui parentes extremo senio alunt. Huc spectat, quod Iulius Scaliger de Africano Vulture narrat, quem tam diu in Libya & Atlante monte, vbi Sner vocant, aiunt viuere, quoad nudus pennis à suis alatur pullis, vt iam aliud verbum ab hoc officio Grecis fingendum sit, quàm *α'ντιπαλάρχειν*, nempe *α'ντιπαλῶν*.

*Solus Vultur Auium
pulos suo sanguine
nutrit.
Exer. 231.
Sner.*

Scopi typus.

Præter hæc & alià quædam ex Vulture hieroglyphica commentum sunt Aegyptij sapientes, ex ijs, quæ ab eo plurimum fieri obseruauerunt. Nam locupm siue locum, quo quis tendere designarit per eum, sed altè volantem expressere, propterea quod hunc supra reliqua animantia acutissimo visu præditum asseriebant, adeo vt oriente sole Occasum versus, decedente verò ad Orientem spatiosissimis quantumlibet interuallis distitum esculentum prospiciat, atque quod vno ad id volatu, quasi sagitta ad scopum feratur. Quinetiam vt D. Hieronymus attestatur, *transmarina cadavera Vultures sentiunt*. Sunt autè qui visui, sunt qui odorati, quo sagacissimo pollent, & ascribant. Sed utcumq; sit, hoc ingenia aliorum disputet. Illud satis cõstat, Aegyptios intuitum ea loci designatione in remotissimas quantumlibet partes per Vulturem indicasse.

Insol.

insuper & circumscriptum terminum per eandem Alitem intelligebant, propterea quod si confectus vspiam fururus est, locum ipse praescribat, quo acies concursurae sunt & pugnam initurae, atque septem ante diebus, ut Aegyptij tradunt, ut alij, tantum triduo ante volant.

Termini hieroglyphicum.

Ab hac praefagiendi vi, qua ante tot dies cadauera, & ubi strages futura sit, praesentit, iidem Aegyptij praefagituram ex Vulturis simulachro significabant, afferebātque consueffe priscos reges belli tempore exploratores dimittere, qui obseruaret, in quamnam exercitus partem Vultures imminerent, inde stragem futuram commonefacti, ubi earum Avium grex frequentior incubisset. A qua quidem huius alitis praescientia Astronomi, ut Hermes & alij fabulandi ceperunt occasionem, ut eum, qui Vulturis caelestem afflatum ab horoscopo sortitus fuerit, sapientem & prouidum in negotijs obeundis fore, imò & regnum ei portendi crederent.

Praefagitura hieroglyphicum.

His igitur notis Aegyptij tam in mysterijs suis edocendis, quam in naturae secretis, & ciuiliū morum praecceptis aperiendis utebantur. Sed & in reliquis disciplinis ab eodem in scriptio- nis genere non recedebant. Ut si de mathematicis rebus locuturi, in numeris drachmas duas dicere voluissent, Vulturem, ait Horus, ponebant. Causam quidam existimant, quia apud Aegyptios duas lineae vnitas est, Horo eodē teste. Vnitas verò cuiuslibet numeri ortus est ac princi- pium vnā cum binario. Optima itaque ratione inquit, duas drachmas indicare volentes, Vulturem pingunt quod generationis ipse sibi auctor, materq, ac principij, quem admodum & vnitas esse vi- deatur, quae drachmarum duarum instar existimatur. Hic igitur Vultus vsus erat apud anti- quos in hieroglyphicis.

Dragmae dua per Vulturem signifi- cata.

Li. 1. Hierogl.

PROVERBIA.

SI Vultur es, cadauer expecta, prouerbiū est à Seneca vsurpatum in testamentorum ca- ptatores, caenipetas, ac haeredipetas, qui mirum in modum, ut Iuuenalis verbis utar, ob- lectantur aliena viuere quadra, non cessant blanditijs & obsequijs alienos delinire, ut vel bolum ex aliena cena aut hereditate capiant, non secus ac Vultures cadaueribus inhiantes, quos Diabolus, ut Tertulliani verbis utar, docuit patientiā, eam dico, quae maritos dote venales, aut lenocinij negociantes vxorum potestatibus subiecti, quae aucupandis orbitatibus omne coacti 30 obsequij labore mentis adfectionibus toleras. Sunt autē isti haeredipetae, ut de his aliquid di- camus, Vulturibus nocentiores, & crudeliores. Hi enim & viuīs omnibus, & ab Avium cada- ueribus generis sui abstinent; illi viuīs etiamnum inhiant & mille modos mēte sua concipiunt, quibus mortem eis accelerent, ut eō citius concupito bono potiantur. Hoc Martialis eeq, per- lepto monstrat adagio, ubi ad Oppianum haeredipetam scribit in hac modum:

15. Ep. 96

*Amisit pater unicum Silanus,
Cessat munera mittere Oppian?
Heu crudele nefas, malusq, parca,
Cuius Vulturis hoc erit cadauer?*

L. 6. Epi- gram.

Huiusmodi haeredipetas veniūt admodum quoque depingit poeta quidam doctissimus:

40 *Pollinctor, Ambubaia, cerdo, Vespillo,
Qui Vultures cadaueri imminenti fado,
His sacra rapiunt, nulla dant, sibi viuunt;
At non sibi moriuntur; at sibi regnant,
Sibi propinant, sibi viuunt, sibi sterunt.*

Et noster Ariostus inquitens:

Cant. 35.
Stan. 10.

50 *Longo, e d'incorno quel fiume volando
Giuauno Corui & ausi Auolatori,
Mulacchie & Varij Augelli; che gridando
Facean discordi strepiti, e rumori;
E à la preda correnan tutti, quando
Sparger vedean gli amplissimi tesori,
E chi nel becco, e chi nell'ugna toria
Ne prende, mal lontan poco li porta.*

Similis paræmia est apud Suidam Αετορῶνες, id est, infiniti egentēs Vultures. Proinde sicu- ti qui diuites audent aut accusare aut veneno tollere, Milui vocantur; pari patto, qui oplequijs tantum & adulationibus aucupantur, ut misceantur testamento, Vultures dicuntur. Ad eum ferē sensum etiam Ariostus:

Mibi quisq, enu dicit.

Cant. 35.
Stan. 20.

E come quā sù i Corui, e gli Auolatori,

*E le Mulacchie, e gli altri varj Augelli
S'affaticano intis per trar fuori
De l'acqua i nomi, che veggion più belli,
Così là giù ruffiani, adulatori,
Buffon, cinedi, accusatori, e quelli,
Che viuono à le corti, e che vi sono,
Più grati assai, che l'virtuoso, e l'buono.*

*Lib. 4. de
nat. rer.*

In eos etiam, qui humilibus fordidisque rebus delectantur, illud è Lucretio vsurpari potest:
Ducuntur cadaueribus Vulturij.

*In haredipe
tas prouer-
bium.*

*Vulturis umbra, Τυττος ομια, de homine nihil dicebatur. Refertur à Diogeniano. Mibi magis lo-
quadrare videtur, inquit Adagiorū author, in haredipatas, aut alioquin rapaces, inhiātesq. pra-
da. Huic responder illud ante relatum, Si Vultur es, cadauer expecta. Cuius quidem Diogenia-
nus etiā in Collectaneis meminit, sed alia figura, Απρ; γόν ει, id est, Vulturū ritu. Admonet au-
tem dictum de ijs, qui vel ob hereditatis, vel alterius emolumentis spem cuiuspiam insidiantur.*

*Lib. 1. in
Eutrop.
Lib. 10.
cap. 49.*

Claudianus de re minimè verisimili huiusmodi adagium vsurpauit:
Proferis iam cornua Vultur.

Sola quidem Auiū Tragopanas veteribus cornuta putata est, Plinio teste, sed qui fabulosam
esse arbitretur. Scio tamen nostra tempestate Auem Aquilina ferè magnitudine in aëre vi-
sam, quæ cornu in nasgerat, quam Rhinocerotem Auem quorundam suspicor. Verum de
hac suo loco copiosius. Reliquarum Volucrum cornibus præditam esse quampiam, nemo neq.
quidem somniauit, quantò minus Vulturem. Est & illa vsitata paræmia *Vulture cadior* ab ani-
matis summa voracitate desumpta. Quadrat in helluones, qui tantum, et edant, sibi nati viden-
tur, quales sunt parasiti, & alienarum mensurarum affecle, quos ventris operarios redè vocat
Tertullianus, & Nigèr εδοτοισι φαγε, Plutarch. vero εν γαστρι & εν ψυχη ουδενους, D. Hiero-
nymus ventris animalia, gulæ mancipia, liguritores, quasi mutes & semper alienum cibum
edentes. Himeritò Vultures appellantur. Nam Vultur, perinde ac captator cœnas, cadauera
sectatur præter cæteras Aues.

*Lib. de Pa-
tientia.
In Epipha-
sia.
In sympo-
siacis.*

EMBLEMATA.

30

EMBLEMATVM, quæ varia Vulturis ingenium ingeniosis suppeditare potest, omnium
instar nobis erit vnum atq; alterum ex Alciato desumptum, vt gratia exempli, quod in-
scribitur OPVLENTII HÆREDITAS. Est hoc eiusdem cum suprâ memorato in hæ-
redipetas sententiæ.

*Patroclum falsis rapiunt hinc Troes in armis,
Hinc socij atque omnis turba Pelasga venat,
Obiines exunias Hector, Graciq. cadauer.
Hac fabella agitur, dum vir optimus obit.
Maxima rixa oritur, tandem sca transfigit heres,
Et Cornis aliquid Vulturijq. linis.*

40

Alterum est alterus argumenti, in eos confictum, qui malis seu rebus macris alienis pingue-
scent, cuius hic est titulus EX DAMNO ALTERIVS VTILITAS.

*Dum sanis merent in mutua vulnera telis
Vngue Leana ferox, dente timendus Aper.
Accurrit Vultur spectatum, & prandia captas,
Gloria victoris prada futura sua est.*

APOLOGI.

*Lib. 9. c. 10.
An. 8. q. 10.*

DE Vulturij scitus admodū narratur apologus, inquit Cælius, aduersus sceneratores-
Vulturius quidam vehementer agiratus vomere amplius cœpit, simulq; etiam queri
ac sese afflictare, quòd intestina eieciare videretur. Pax sit rebus, inquit alter, non
est. quòd agro sis animo, neq; enim tui euomis quidpiā, sed cadaueris portiones, quod nuper
cōcidimus Ita generatores si quādo his, quæ iniuste acquisuerūt, bonis exultor, aut fisco addi-
cti, aut alia ratione peditis, vt solēt iusto Dei iudicio malè parata malè dilabi, nō sua amittūt, sed
quæ

50

quæ nefarijs vfuris eripuerūt debitoribus. Cælius Rhodiginus alio fensu apologum exponit, inquiens: Eadē ratione fœnore adobrui non agros eorum diſtrahunt, proprios, ſed fœneratoris, quem ijs dominum præfecerunt. Creditores verò Plutarchus etiam Vulturibus comparat, cū ait: Creditores in foro debitores tamquam loco miſeris aſſignato Vulturum inſtar excedunt & arrodunt roſtro in eorum corpus inſerto & alijs tanquam Tanialis aſſant, vetaniq; eorum quicquid guſtare, qua colligunt.

Lib. de non accip. muno pro fœnore.

F A B V L Æ.

APVD poëtarum plerosque paſſim celebratiſſima extat fabula de Tityo, cuius iecur Tityi fabula. apud inferos à Vulturibus perpetua arroſione exedi comminiſcuntur, tantumq; nocturna accretione reparari, quantū diurna auis voracitate abſumitur. Huius fabulæ præcipuus ac primus author Homerus fuiſſe videtur, qui luculenter eam deſcribit, his verbis: Odyſ. A. in fine.

Καὶ Τιτυὸν ἔδρων γαίης ἐρηκιδέος ἵδε,
Κείμενον ἐν δαπείδῳ, ὃ δ' ἐπ' ἐννέα κερτο πέλαθρα.
Γύωπε δὲ μιν ἐκ λυγρῆς παρήμενός τ' ἀπ' ἔκτορον
Δερτρον ἴσω διακόντας. ὃ δ' ἔκ ἀπαμυνίτο χέρσιν.
Ἀνθὼ γὰρ ἤλκετο Διὸς κυδνὴν ἀπὰρ κοίτιν
Πυθῶ δ' ἱρχωμένην διὰ καλλιχόρου πανοπῆος, idest.
Et Tityon vidi terræ glorioliſſime filium
Humi iacentem per nouem iugera,
Vultures autem duo vniq; aſſidentes iecur tondébant,
Viſcera dolere aſſicientes, hic autem non tuebatur manib;.
Latonem enim laſis Iouis venerandam concubinam
A Pytho venientem per amœzum Panopeam.

Quæ quidem maiori ex parte Vergilius ſic reddidit:

Lib. 6. Aen.

Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, roſtroq; immanis Vultur obunca
Immotiale iecur tondens, ſecundaq; pœnis
Viſcera, rimaturq; epulis, habitavq; ſub alia
Peſſare, nec fibris requies datur vlla renatis.
Reliqua Simon Lemnius Rhetus expreſſit hoc carmine:
Nec ſe deſendit manibus, nec corda ſuatur;
Dicitur ille Iouis quondam rapuiſſe tonantis
Pellicis eximia magno deceptus amore
Latonæ complexus olim Pythona petentiſ,
Dum per amœna Iouis Panopeaq; vura mearet.

40 Tangit eandem hanc fabulam varijs locis Quidius, vt
Viſcera præbebat Tityo lanianda, nuguetq;
Iugeribus diſtractus erat. Et alibi:
Iugeribusq; nouem, qui ſummus diſtat ab imo
Viſceraq; aſſiduæ debita præbet Aui.

Idem;

Idem alibi poëmæ eius æternitatem apud inferos oſtendere volens, ait:
Sic inconſumptum Tityi ſemperq; renaſcens
Non peris, vt poſſet ſape perire, iecur.

Lib. 1. de Pœn.

De eodem Tityo ita quoque loquitur.

In Ibiſo.

Hic inconſumpto viſcere paſcit Aues.

30 Et Tibullus Homerum ſequutus:

Parreſtusq; nouem Tityus per iugera terræ,
Aſſiduus atro viſcere paſcit Aues.

Eadem Seneca recolit.

In Thieſt.

Aui pœna Tityi ſemper accreſcens iecur.

Viſceribus aras paſcit effuſas Aues:

Et nocte reparans, quicquid amiſit die :

Et alibi per imprecationem idem innuit:

In Mippol.

*Vultus relicto transuolat Tityo ferus,
Mentisq; pœna semper accrescat iecur.*

Pari ratione Propeitius.

Lib. 2.

Atque inter Tityi volucres mea pœna uagetur.

Neque Claudianus intactam hanc fabulam reliquit:

Quid dicam Cition, cuius sub Vulture sæuo

Viscera nascuntur granibus certantia pœnis. Et alibi.

Inuitus trahitur lasso de pectore Vultur. Tityi scilicet.

Lib. 2. de
rapt. Pro-
ser.

Et insignis nostri æui Poëta:

Minus tremendi Tartari periculum,

Saxum, Rotasq; Vulturis dapes iecur.

Illud enim de Tityo etiam intelligendum venit, uti hoc quoque eiusdem:

— Lubricum tibi saxum

Et Vultur, & fugacibus latex pomis

Parens iubensq; destinatur, atque id quod

Rota volument incutitur aeternum.

Vt verò sub hoc fabularum cortice aliquid veritatis, moralisq; Philosophiæ latere, quod vsui ac utilitati nostræ accommodatum esse possit, percipiamus: itaque grauissimorum aliquot auctorum, qui hanc allegoriam commentati sunt, expositionem afferamus. Fulgentius, ubi Promethei iecur non ab Aquila, sed à Vulture corrodi tradit, perbellè id interpretatur, cui & Prometheus Arbitrator his hendecasyllabis congruit:

Cui Vultur iecur vltimum pererrat,

Et pectus trahit intimaq; fibras,

Non est, quem tepidi vocant poëta,

Sed cordis mala, timor atque luxus.

Micho-
leg. 160.

Libidinis
sedes.

Similiter & Seruius in suprâ citatum Vergilij locum, cum prius monuisset, hac in re Vergilium ab Homero variare, quod ille dicat duos Vultures vicissim in Tityj pœnâ succedere sibi mutuo, hic vnus tantum meminerit, subdit per hoc, quod Tityum ad nouè iugera exporrigi poëta canit. Quantum ad primam faciem, magnitudinem ostendit corporis, sed aliud significat, quia de amore loquitur, nempe quod lipido latere pateat. Tityus enim Latonam adamauit, ob eam rem ab Appollinæ telis cõfixus. hac insuper pœna apud inferos damnatus, ut eius iecur Vultur exedat. Sanè de his omnibus mirè rationem reddit Lucretius, & confirmat in nostra vita esse omnia, quæ finguntur de inferis. Dicit enim Tityon amorè esse, hoc est libidinem, quæ secundum Phycos & Medicos in iecore est. Vnde etiam exesum à Vulture dicitur iam pœnâ renasci. Etenim libidini non satis fit re semel peracta, sed recrudescit semper. Vnde ait Horatius:

Incontinens aut Tityi iecur: Hæc Seruius.

Lib. 6. rer.
nat.

Locus verò Lucretij à Seruio citati testis, quo probat ea, quæ poëta de Tantalò, Sisypho, Tityoq; fabulati sunt, aniles nugas esse ac friuolas, nec credendum apud inferos à morte animas hæc pœnas perpeti, sed omnia in hac vita acciderè, his versibus continetur:

Nec Tityon Volucres incunt: Acheronte tacentem:

Nec quod suo magno scrutentur pectore, quicquam

Perpetuam alacrem poterunt reperire profectò:

Quamlibet immani proiectu corporis extet:

Qui non sola nouem dispersis iuger a membris

Obstruat, sed qui terras totius orbem:

Non tamen aeternum poteris perferre dolorem,

Nec præbere cibum proprio de corpore semper,

Sed Tityas nobis hic est: in amore tacentem

Quem volucres lacerant, atque exest anxius augor:

Aus alia quauis sciundus torpedine cura.

Lib. 1. de
Sonn. Scip.

Lucretio assentitur Macrobius, qui fabulæ istius sensum ad hanc vitam transfert. Commēti sunt poëta, ait, Vulturè immortale iecur tondentè, nihil aliud intelligi volentes, quàm iocamenta consciētia obnoxia flagitiis viscera interiora immanis, & ipsa vitalia indefessa sceleris admonitione laniantis, semper curas si requiescere fortè tentarint, exstantis, fibræ renascentibus inharēdo, nec vlla sibi miseratione parentis lege hac, qua se iudice nemo nocens absoluitur, nec de se sua potest vitare sententiâ. Sed hæc tenus Macrobius. Ex his igitur videre est, neque profus vanam esse hanc fabulâ, neq; omni omnino utilitate carere, sed antiquâ illâ Orphei theologiâ, sapere, quæ sub tali historiârũ commenticiârũ cortice arcanæ aliquid philosophiæ, ac secretiora quædam morũ præcepta cœu mysteria occultabat. Puiç verò neq; quidè aliud, quàm merè fabulæ sũt, quæ

Bæus antiquus author Antonio Liberali citante scripta reliquit, dum Aegyptij Bulidisq; genefimiliadagans, homo sacrae ac veræ rerum omnium per Deum omnipotentem creatarum, hiftoriæ ignarus, vt omnino aliquid dicat, ea comminifcitur, quæ ne per fomnium quidem homini fano in mentem veniant. Is altiffimis paganiffimi tenebris immerfus, fic inquit: *Aegyptius Anthei filius, Nomonis nepes, in extremis Theffaliæ habitauit finibus, charuffi, fust & Diji ob pietatem, & hominibus magnanimitatis iuftitiæq; causa. Is cum vidiffet Tymandram, amore eius captus eſt; & cum videret eam eſſe intellexiffet, pecunia data impetravit, vt ipſi ad ſe domum ventitanti corporis fui poteſtatem faceret. Aggreſſus idcirco Neophron Tymandra filius, Aegyptij æqualis, inſidiarij, ei ſtruens, multis danis Bulidem Aegyptij matrem expellebat, vt cum ea domum ſuam deduceret haberes. Horam deinde maturè cognoſcens, qua ad Tymandram erat venturus Aegyptius, ſuam matrem quacunq; occasione domo emiſit, inq; eius locum matrem Aegyptij introduxit, ſe ad eam rediturum ſimulans, itaq; ambobus impoſuit. Aegyptius nihil eorum, quæ Neophron machinatus fuerat, ſupputans, ſuſpicantæ, cum matre corpus miſcuit, quam eſſe Tymandram putabat. Eum ſomno iam captum Bulis agnoſcit, acceptoq; gladio oculos filio eruere & ſeipſam interficere ſtatuit; Apollinis interim voluntate ſomno Aegyptius ſoluitur, intellexitq; Neophronis inſidijs, in calum ſublatis oculis, optauit omnia ſecum aboleri. Iupiter porro eos in volacres mutauit, factiq; ſunt Aegyptius & Neophron, Aegyptij, id eſt, Vulture cognomines, minor tamen corpore Neophron. Bulis in Mergum abiit, eiq; Iupiter alimentum tale deſtinauit, vt nihil terra edidit edat, ſed ſaniam oculis piſcium, Auium, aut ſerpentum veſcatur, quia filio Aegyptio oculos erat ademptura. Idem paulò poſt de Phylion non minus nugatus, inquit: Erant in Aetoliæ regione Vulture monſtroſa magnitudinis, qui multos homines interficiebant. Hos Cygnus Apollinis filius à Tyria Amphimonia filia viuos capere & ad ſe perducere quauis ratione iuſſi. Debitatè Phylion quomodo hoc mandatiſq; coſciceret, diuinitus euenit, vt Aquilarapiù Leporem ſemivivumq; oculis degeret, nò perlatu ad nidu. Phylion direpto Lepore, ſanguine eius ſe impleuit & huius precubuit, itaq; Vulture ad eum vt mortuū deuolarunt, quoru ille duos prædibus arreptos tenuit, atq; ad Cygnū perulit. Refert præterea ex Bœi Ornithogonia Agrium in Vulturem mutatum fuiſſe, à Mercurio ab Ioue miſſo, quòd Deorum hominuq; contemptor eſſet, peregrinoſq; deuorat, vnà cum fratre Orecho. Hæcenus Antonius Liberalis. Fabuloſum quoq; & illud eſt, quod Euſtathius refert de Iphiclo Deionei nepote (fuit enim Deioneo filius nomine Phylacus Iphicli pater) qui etià Iphicles nominatur: Hic bona quædam ipſius Tyros occupauit, quod vt intelligitur, ſciendum eſt Tyro fuiſſe filium Salmoni, cuius frater fuit Cretheus: huic autem deſponſata fuit illa: Iam verò ex Cretheo & Tyrone natus eſt Neleus: qui ex Chloride vxore, inter alios liberos Peronem etiam filiam habuit præſtantiffimam. Mortuo itaque Salmonem patre Tyro ex Phylace (quod eſt oppidum Phioticæ regionis Theſſaliæ) ad Deionem patris fratrem: vel, vt alij dicunt, ex Ioleo (quod eſt oppidum Magnetiæ regiunculæ Theſſaliæ ab ortu annexæ) Phylacā ad auunculum venit. Mortuo autem Deioneo, Iphiclus quædam Tyros bona (inquam) occupat, inter quæ etià boues quædam præſtantiffimæ, quas diligenter aſſeruiri curabat. Eas cum repeteret Neleus, negauit Iphiclus ſe redditurum. Itaq; Neleus filiam ſuam Pero ei pollicitus eſt, qui boues illas Iphiclo abſtuliffet. Hoc omnes facere recuſabant, quod fieri non poſſe videbatur, propter accuratam earum cuſtodiam. Vnus Bias Melampodem fratrem ſuum rogauit, vt hoc ſui cauſa tentaret. Ille verò licet ex diuinandi ſcientia, qua maximè pollebat, intelligeret ſe captum iri, ſi hoc aggrediretur, tamen fratris gratiā auſus eſt facinus aggredi. Ad boues ergo capiendas cum acceſſiſſet, captus eſt, traditusq; Iphiclo, & carcere inclufus cuſtodiebat. Dati autem ei ſunt cuſtodes duo, qui miniſtrarent, vir & mulier: & vir quidem humaniter eum tractabat, mulier verò contrà. Procedente tempore audiit vermium ſtrepitum & ſtridorē quandam in ſuperiore parte cænaclui. Ille verò, vt talium vocum erat intelligentiffimus, cognouit eos dicere, ſe trabem integram iam conſumpſiſſe, & corroſiſſe. (Fuit autem Melampus ita diuinandi peritiſſimus, vt animalia ratione carentia intelligeret: repurgatas enim illi aures à Draconibus crediderunt.) Hoc igitur cum ille percepiſſet, dicitur morbum ſimulaſſe, & quaſi ex imbecillitate concidens, aduocat ſuos miniſtros, petiq; vt foras educatur: ſic aperto cubili à parte pedum mulier, à parte capitis vir eum extrahunt. Interea cum vir iam eſſet extra fores, reſtaret autem mulier intus, trabes illa fracta mulieri in caput concidit & eam interfecit. Vir qui ſupra fuerat, factu Phylacus, Phylacus, Iphiclo exponunt. Hic verò à Melampede quærit quifnā eſſet, & cur huc adueniſſet. Ille vatem ſe dicere, & boum Iphicli cauſa veniſſe. Ei igitur boues illas Iphiclus pollicetur, ſi rationem indicet, qua prolem ex vxore poſſet ſuſcipere. Melampus in nolato boue, partes Auiibus diſtribuit. Eò cum omnes præter Vulturem acceſſiſſent, rogat an poſſit fieri, vt Iphiclus liberos ſuſcipiat. Illæ cum hoc exponere non poſſent, poſt eas aduenit Vultur, & cauſas Iphicli à patre docet, quæ erant huiusmodi. Quod Phylacus ali-*

Lib. v. de
Auiū ortu.
In Meta-
morph.

Aegyptius
& Neophron
in Vulture.

Phylis fa-
bula.

Agrinus in
Vulturem.

Iphicli &
Melampo-
dis fabula.

Melampo-
dis ſcientia.

quando præ ira Iphicium persequens stricto gladio, eumq; non valens assequi, gladium ἀχίρ. ὄρῃ (quod spinæ genus est) vel ut alij volunt, syluestri pyro affixisset, ita gladio circumnatum esse corticem & in hoc eum occultari: hincq; præ timore Iphicium in posterum gignendo aptum non exitisse. Arborem illam indicauit Vultur, & ubi gladius lateret reconditus, cui demum corticem iussit, eiusq; rubiginem Iphicium in decem dies propinari. Quo facto Iphicium prolem suscepit, Melampoque boues Tyrius restituit, quibus acceptis Melampus Pylum reuersus, eas Neleo in dorem Bianus fratris pro eius filia Pero tradidit: quam Neleus cum recusaret, pugna tamen victus eam dare coactus est. Vnde Melampus effugisse Nelei auunculi sui & regis iram dicitur. Quæ dixisse volui, cum quoddam ad historiam nostram pertinerent, tum etiam quod perquam obscure ab Ulyssie apud Homerum ea fabula narraretur, cuius hæc ibi verba:

Odyss. A.

Τοῖσι δ' ἔπειθ' Ἰφικλῆυ Πηρώ τευε, θαῦμα βροτοῖσι,
 Τῷ πάντες μῶνον περικίτται, ἃδ' ἔτι Νηλεὺς
 Τῷ ἐδίδα ὅς μ' ἔλικας βόας εὐρυμετώπες
 Ἐκ φυλακῆς ἔλασσε βίη; Ἰφικλῆϊν;

Αργαλίας: τὰς δ' οἷος ὑπῆρχετο μάντις ἀμυμῶν.

Ἐξίστααν, χαλεπὴ δὲ θεία κατὰ μοῖρα πείδησε,

Διόμοι' ἑὶ ἀργαλίοι, καὶ βυκόλοι ἀγροῖωται

Α'λλ' ἵεθ' ὁ μῦθος τε καὶ ἡμεῖς ἱετέλιωτο

Α' Ἰφικλῆϊ λλομενέεος, καὶ ἐπὶ λυθοῖ ὄραι

Καὶ τότε θυμὸν ἔλυσσε βίη Ἰφικλῆην,

Θίσσασα πάντ' ἢ τοῖτα. Διὸς δὲ ἱετέλιωτο βουλῇ.

Post hos eximium Pero peperit miraculum hominibus

Quam omnes precabantur accola, neque Neleus

Huic dabat, qui non boues laeis fronsibus

Ex Phylace abegeris vis Iphiclea

Indomitas, has solus promisit vates inculpatas

Abacturum, sanam autem Dei fatum impediuiss

Vinculaq; sana, & pastores agrestes.

Sed quando ceruū mensess, & dies perficiebantur,

Rursus circumholisti anni, & aduenerunt horæ,

Tum ceruū ipsum soluit vis Iphiclea,

Vaticiniaq; omnia locutum. Ionis autem perficiebatur consilium.

HISTORICA.

In libello de
 flunijs.

AUTHOR est Ctesippus in Scythicis, Plutarcho referente, accolæ Phædis fluminis homines quosdam facinorosos in voraginem impiorum dictam, iniicere. Ea ferè rotunda est, & puteo consimilis, & quod iniectum fuerit, post trigessimum diem in Meotidem paludem veribus iam refertum eruat, quos Vultures subito & ex improviso inuolantes dilaniant. Aliam historiam Aelianus refert de Barceæ gentis consuetudine rituq; sepe lib. 8. sic scribens: Barcei gens Hesperie ex aliquo morbo mortuos, ut muliebriter & ignauiter defunctos, ad notandam mortis ignominiam igni cremant. Eos verò qui in bello morte occubuerunt, ut summa virtute ornatos, Vulturibus deuorandos obijciunt, quod eas Aues sacras existiment. Verum de his etiam supra meminimus. Hæc igitur sunt quæ in genere de Vulturibus dici poterant.

L. 10. c. 22.

DE VULTVRVM DIFFERENTIIS AC SPECIEBVS diuersis. Cap. II.

NVNC vniuersam Vulturum familiam, variasq; eorum, quotquot hætenus in cognitionem nostram venerunt, species hoc capite ex professo examinandas & disquirendas proponimus.

Aristoteles duo tantummodò Vulturum genera agnoscit, vnum paruum & albicans; alterum maius & multiformius. At hoc loco, ut hoc obiter notem, ubi Gaza parum rectè multiformius vertit, textus Aristotelicus Græcus σποδοειδὲς σίπων habet, quæ vox non multiformis, quod ad omne genus colorum pertinere ac referri potest, sed comparatiuo gradu magis cinerei

Lib. 8. Hist.
 c. 3.